This Volume is presented *by the Lords Commissioners of Her Majesty's Treasury*

to _____

and will, in the event of the Library being broken up, be returned to the Controller of Her Majesty's Stationery Office, Westminster.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

Gloucester.

W., 10,000—20/9/98.

Croydon Public Libraries.

Central Reference Library.

T

Accession No. 5434 Class No. 942.74.2

Besides the class topic, other topics treated of in this book are as follows:—

Topic No.	Pages.	Topic No.	Pages.

BROMLEY LIBRARIES
3 0128 01975 2503

LEWIS PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

RERUM BRITANNICARUM MEDII ÆVI SCRIPTORES,

OR

CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING

THE MIDDLE AGES.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

THE CHRONICLES AND MEMORIALS

OF

GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING THE MIDDLE AGES.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

On the 26th of January 1857, the Master of the Rolls submitted to the Treasury a proposal for the publication of materials for the History of this Country from the Invasion of the Romans to the Reign of Henry VIII.

The Master of the Rolls suggested that these materials should be selected for publication under competent editors without reference to periodical or chronological arrangement, without mutilation or abridgment, preference being given, in the first instance, to such materials as were most scarce and valuable.

He proposed that each chronicle or historical document to be edited should be treated in the same way as if the editor were engaged on an Editio Princeps; and for this purpose the most correct text should be formed from an accurate collation of the best MSS.

To render the work more generally useful, the Master of the Rolls suggested that the editor should give an account of the MSS. employed by him, of their age and their peculiarities; that he should add to the work a brief account of the life and times of the author, and any remarks necessary to explain the chronology; but no other note or comment was to be allowed, except what might be necessary to establish the correctness of the text.

The works to be published in octavo, separately, as they were finished; the whole responsibility of the task resting upon the editors, who were to be chosen by the Master of the Rolls with the sanction of the Treasury.

The Lords of Her Majesty's Treasury, after a careful consideration of the subject, expressed their opinion in a Treasury Minute, dated February 9, 1857, that the plan recommended by the Master of the Rolls "was well calculated for the accomplishment of this important national object, in an effectual and satisfactory manner, within a reasonable time, and provided proper attention be paid to economy, in making the detailed arrangements, without unnecessary expense."

They expressed their approbation of the proposal that each chronicle and historical document should be edited in such a manner as to represent with all possible correctness the text of each writer, derived from a collation of the best MSS., and that no notes should be added, except such as were illustrative of the various readings. They suggested, however, that the preface to each work should contain, in addition to the particulars proposed by the Master of the Rolls, a biographical account of the author, so far as authentic materials existed for that purpose, and an estimate of his historical credibility and value.

Rolls House,
December 1857.

HISTORIA

ET

CARTULARIUM

MONASTERII SANCTI PETRI GLOUCESTRIÆ.

CROYDON FREE PUBLIC LIBRARY
CENTRAL

VOL. II.

EDITED

BY

WILLIAM HENRY HART,

OF THE PUBLIC RECORD OFFICE;
FELLOW OF THE SOCIETY OF ANTIQUARIES OF LONDON;
MEMBRE CORRESPONDANT DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE NORMANDIE.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

LONDON:
LONGMAN, GREEN, LONGMAN, ROBERTS, AND GREEN.

1865.

274.2

l R 54434

l 1452

BROMLEY PUBLIC LIBRARIES | AL 25
CLASS L 45.1
ACC. 01975 2503
[274.241]

Printed by
EYRE and SPOTTISWOODE, Her Majesty's Printers.
For Her Majesty's Stationery Office.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

CORRIGENDA.

Page 6, line 9, *for* pastura *read* pasturis.
,, 12, line 23, *dele period after* comprobatum, *and carry the sentence on.*
,, 18, line 14, *for* dictarum *read* dictarum [terrarum].
,, 38, line 10 of left-hand column, and line 1 of right-hand column, *for* Sarum *read* Saresbiriensi.
,, 41, line 29, *for* deinceps *read* deinceps [eos].
,, 41, line 39, *for* appropriantes *read* appropriationes. The MS. has appropriantes.
,, 44, line 22, and last line, *for* tum *read* tantum.
,, 54, last line, *for* fatigetur *read* fatigentur.
,, 58, lines 1 and 30, *for* occasione *read* occasione [prædicta].
,, 61, line 21, pertinebunt. So in MS. *Query* pertinebant.
,, 61, line 27, *for* incrementum *read* [ad] incrementum.
,, 65, line 16, *Query some omission after* scilicet.
,, 70, line 10, *for* Argentem *read* Argentein.
,, 75, line 7, *for* concedunt *read* concedant.
,, 85, line 9, *for* habeat *read* habeant.
,, 86, line 27, *for* Gloucestriæ *read* Gloucestriæ [ex parte una].
,, 87, No. DLXVIII., *for* Ysonda *read* Ysouda *throughout.*
,, 88, line 10, *for* neque *read* usque.
,, 94, line 15, *for* priores *read* priorem.
,, 96, line 1, *for* privilegii *read* privilegiis.
,, 96, line 27, præfatis. *Query error for* debitis.
,, 106, line 13, *dele apostrophe after* autem.
,, 111, line 25, *for* pronitissimum *read* promptissimum.
,, 118, line 15, *for* vulli *read* nulli, *and for* haur *read* hain.
,, 118, line 21, *for* boyre *read* boyvre.
,, 119, line 30, *for* est *read* est [capiendam].
,, 120, line 2, *for* confectum *read* confectum [pertinere].
,, 125, line 12, *for* capella *read* capellis. There is an apparent incompleteness at the end of the charter.
,, 130, note 2, *for* DXLVI. *read* DCXLVI.
,, 135, line 31, *for* exigatur *read* [aliquid exigatur].
,, 138, line 18, *for* respondierint *read* responderint.
,, 146, line 11, *for* debent *read* debet.
,, 158, line 9, *for* idem *read* iidem.
,, 159, line 28, *for* terra *read* ecclesia.

Page 161, line 2, *for* Englefende *read* Englefeude.
„ 164, line 5, *for* et de *read* et [ecclesiam] de.
„ 172, line 21, *for* omni *read* [cum] omni.
„ 194, line 29, *for* communicandam *read* communicandum.
„ 195, line 35, *for* Galfridis *read* Galfridi.
„ 203, line 14, *for* aquilonali *read* [ex] aquilonali.
„ 204, line 16, *for* obtineat *read* obtineant.
„ 205, line 24, *insert comma after* vixerit.
„ 205, line 31, *for* volumus *read* nolumus.
„ 216, line 34, *for* Canz *read* Cauz.
„ 218, line 5, *for* de *read* le.
„ 224, line 33, et aliquis. *Query* si aliquis.
„ 230, line 17, *for* illas *read* illis.
„ 230, line 26, *for* illam *read* illis.
„ 230, line 30, hospitali. *Query* hospitalis.
„ 232, last line, *for* abbats *read* abbatis.
„ 233, line 27, *for* terram *read* terra.
„ 249, line 13, *for* alius *read* alios.
„ 250, line 8, *for* pro *read* de.
„ 251, line 9, *for* et fœnum *read* et [habeant] fœnum.
„ 252, line 33, *for* habendum et tenendum *read* habendam et tenendam.

CARTULARIUM MONASTERII S. PETRI GLOUCESTRIÆ.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

CARTULARIUM MONASTERII S. PETRI GLOUCESTRIÆ.

CCCCXXIV. *Ledebury.*

Of Ledbury.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Juliana filia Osberti de Donintona dedi et concessi in feodo et hæreditate Hawisiæ uxori Edrici præpositi de Ledeburia, pro homagio et servitio suo, mesuagium quoddam in villa de Ledeburia quod est inter terram Gileberti presbyteri et terram Ernaldi Serpe; habendum et tenendum sibi et hæredibus suis de me et hæredibus meis libere et quiete ab omni servitio et consuetudine et exactione.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis, illa et hæredes sui, duodecim denarios ad quatuor usuales per episcopatum terminos Herefordensem pro omni servitio. Pro qua concessione et donatione mea dedit mihi prædicta Hawisa decem solidos in gersumam. Et ego Juliana et hæredes mei debemus warantizare præfatæ Hawisiæ et hæredibus suis supradictam donationem contra omnes viros et fœminas.

Quod ut firmum et stabile permaneat, præsenti id carta et sigilli mei appositione confirmavi, etc.

CCCCXXV. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Hawisia uxor Aluerici præpositi de Ledeburia dedi et concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, mesuagium meum in villa de Ledeburia, illud scilicet quod

Juliana filia Osberti de Donintone dedit mihi pro servitio meo, quod videlicet mesuagium situm est inter terram Gileberti presbyteri et terram Arnaldi Serpe; habendum et tenendum in puram et perpetuam elemosinam, de me et hæredibus meis, liberum et quietum ab omni servitio, consuetudine, et exactione.

Et ut hæc donatio mea stabilis et firma permaneat, eam præsenti scripto sigilli mei appositione, etc.

CCCCXXVI. *De eodem.*

Of the same. f. 112.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Juliana filia Osberti de Donintone confirmavi donationem mesuagii in Ledeburia quam Hawisa uxor Aluerici præpositi de Ledeburia fecit abbati et conventui Gloucestriæ, quod videlicet mesuagium dictæ Hawisiæ dedi pro servitio suo; ita quod dicti abbas et conventus habeant et teneant dictum mesuagium liberum et quietum ab omni calumnia mei et hæredum meorum in perpetuum. Et ego Juliana et hæredes mei warantizabimus dictis abbati et conventui prædictum mesuagium contra omnes homines et fœminas.

In cujus rei testimonium præsens scriptum, sigillo meo munitum, dictis abbati et conventui tradidi, etc.

CCCCXXVII. *De eodem, scilicet de nativo.*

A.D. 1148–1163. Of the same.

Gilbertus,[1] Dei gratia Herefordensis episcopus, omnibus fidelibus suis tam clericis quam laicis, salutem.

Sciatis nos dedisse Deo, et ecclesiæ Sancti Petri de Gloucestria, quendam nativum nostrum, Willelmum scilicet filium Roberti vinitoris nostri de Ledeburia.

Quod quia nolumus in irritum posse revocari, præsenti scripto et testificari libuit et confirmare.

CCCCXXVIII. *De londgabulo.*

Of landgable.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus Keys concessi Symoni de Nortuna terram meam, illam scilicet quam Osmundus Keys pater meus emit de Thoma medico et de Johanne de Pyria; tenendam de me omnibus diebus vitæ

[1] *Gilbertus*] Supplied from the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 97). The MS. here has the simple initial E., which is incorrect.

meæ, liberam et quietam[1] ab omni servitio, pro tribus denariis quos debeo domino abbati Gloucestriæ, pro londgabulo ad hokedai. Post decessum vero meum prædictus Symon et hæredes sui reddent tres solidos cum præfato londgabulo prædicti abbatis hæredibus meis, vel hiis quibus prædictam terram assignavero, duobus terminis, medietatem ad hokeday, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis.

Ut autem hæc mea concessio prædicto Symoni et hæredibus suis rata et inconvulsa in posterum permaneat, carta mea sigilli mei impressione munita prædictam concessionem præfato Symoni et hæredibus suis in pleno hundredo abbatis Gloucestriæ confirmavi.

CCCCXXIX. *De Langreche.*

Sciant[2] præsentes et futuri, quod ego Ricardus Pauncefoth, miles, dominus de Hersefelde, remisi et quietum clamavi, pro me et pro hæredibus meis, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totum jus et clamium quod habui vel habere potui in communa pasturæ suæ de Longreche, cum omnibus aliis rebus ad dictam pasturam pertinentibus, sine aliqua calumnia, clamio, vel impedimento mei vel hæredum meorum; ita libere et quiete quod nec ego nec hæredes mei aliquid juris in dicta pastura cum suis pertinentiis vendicare poterimus. Pro hac autem remissione et quieta clamatione mea dederunt mihi abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ tres marcas sterlingorum. Of Langreche. f. 112 *b.*

Et quia volo, etc.

CCCCXXX. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus filius Adæ de Pudibroc[3] remisi et quietum clamavi in perpetuum, pro me et omnibus hæredibus meis, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totum jus et clamium quod habui vel habere potui in communa[4] pasturæ de Langereche quæ pertinet ad manerium suum de Mayesmore. Of the same.

In cujus rei, etc.

---

[1] *et quietam*] repeated in MS., but the redundant words are marked with the sign of erasure.

[2] This, it will be seen, is a repetition of charter No. CCCLI. (*ante*, vol. i. p. 354), with some unimportant variations.

[3] *Pudibroc*] Penbrok in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 98).

[4] *communa*] communam, MS.

CCCCXXXI. *De eodem.*

Of the same.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Henricus[1] dictus forestarius de Mayesmore, salutem in Domino.

Noveritis me remisisse et quietum clamasse, pro me et hæredibus meis in perpetuum, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, et etiam abbati et conventui Sancti Augustini de Bristollia, totum jus et clamium quod habui vel habere potui in pastura de Longereche et de Foxcumbe; ita quod in dictis pasturis nihil juris vel possessionis versus dictos abbates et conventus vel quoscunque alios vendicare possim in[2] perpetuum. Verumtamen postquam fœnum de Langereche fuerit levatum et asportatum, licebit mihi cum averiis propriis, quando cæteri vicini mei in dicta pastura communicant et quamdiu, libere communicare.

In cujus rei, etc.

CCCCXXXII. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus[3] Umfray de Hasfelde remisi et quietum clamavi in perpetuum, pro me et pro omnibus hæredibus meis, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totum jus et clamium quod habui vel habere potui in communa[4] pasturæ de Langereche quæ pertinet ad manerium suum de Mayesmore.

In cujus rei, etc.

CCCCXXXIII. *De eodem.*

Sciant[5] præsentes et futuri, quod [ego] Walterius Grangerius, de assensu et voluntate Edithæ de Chirchesdone uxoris meæ, dedi et concessi et hac præsenti carta mea confirmavi

[1] *Henricus*] Hugo in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 98).

[2] *inpossim* is inserted in the MS. before *in*, but with the sign of erasure.

[3] *Henricus*] Hugo in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 98).

[4] *communa*] communam, MS.

[5] This is merely an incomplete fragment, the scribe having commenced in error a charter not relating to the subject before him, and then discontinued his transcript without cancelling the redundancy. The entire charter will be found *post*, No. DLXIII.

Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Glocestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam elemosinam, unam acram prati.

CCCCXXXIV.

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego[1] Willelmus de la Thune[2] de Heffelde remisi et quietum clamavi in perpetuum, pro me et pro omnibus hæredibus meis, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totum jus et clamium quod habui vel habere potui in communa[3] pasturæ de Langreche quæ pertinet ad manerium de Mayesmore.

In cujus rei, etc.

CCCCXXXV. *De leprosorum cimiterio.*

A.D. 1158–1160. Of the lepers' burial ground at Gloucester. f. 113.

Aluredus, Dei gratia Wigorniensis episcopus, omnibus archidiaconis, et decanis, et clericis, et laicis Wygorniensis ecclesiæ parochianis, salutem et benedictionem.

Universitati vestræ notum facimus nos, petitione venerabilis fratris nostri Hamelini abbatis et fratrum nostrorum monachorum Sancti Petri Gloucestriæ, in ipsorum parochia et fundo, cimiterium benedixisse et consecrasse ad sepulturam leprosorum apud Gloucestriam. Inde est quod ne quispiam eorum, abbatis videlicet et ejus fratrum, devotionem pervertere vel ad matricis ecclesiæ Sancti Petri retorquere læsionem præsumat, episcopali prohibemus auctoritate ut nullus ibidem nisi leprosus vel leprosa sepeliatur. Valete.

CCCCXXXVI. *De Lanthonia.*[4]

A.D. 1192, July 6. Of Lanthony.

Omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, Galfridus, prior et conventus de Lanthonia, æternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra, quod controversia quæ vertebatur inter nos et Margaretam de Bohun et dilectos fratres nostros abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ super quodam prato in Prestham et piscaria ad idem pratum pertinente,

[1] *ego*] interlined in MS.

[2] *de la Thune*] de Toncye in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 98).

[3] *communa*] communam, MS.

[4] *Lanthonia*] Added in the margin in a different hand, and in black ink, the original word having been erased.

coram dominis Willelmo Herefordensi, et Hugone Coventrensi episcopis, et Willelmo Marescallo, et Ricardo de Peke, et magistro Roberto de Saloppesburia, justiciariis domini regis itinerantibus apud Gloucestriam, anno tertio regni regis[1] Ricardi in octabis Apostolorum Petri et Pauli hoc fine quievit. Abbas quidem et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, communi assensu capituli sui, remiserunt nobis et Margaretæ de Bohun omnem querelam et quicquid juris vendicabant in prædicto prato de Prestham[2] et prædicta piscaria in perpetuum, salva eis illa portione prati de Prestham quam ante habuerunt, quæ in litem deducta non fuit, sicut divisæ inter nos et ipsos demonstrant. Pro hac autem pace dedimus prædictis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ unam marcatam redditus in perpetuum, scilicet illam terram quam Walterus de Langforde tenuit de nobis juxta hortum jam dictorum monachorum in aquilonari parte; habendam pro septem solidis et tribus denariis et obolo, et nos erimus quieti de landgabulo quod inde debuimus eis, scilicet octo denariis et obolo; et illam terram quam Willelmus filius Uvenad dedit secum quando reddidit se nobis; habendam pro sex solidis et tribus obolis, quæ terra est versus pontem Sabrinæ in magno vico. Et nos erimus quieti de landgabulo quod eis inde debuimus, scilicet de decem denariis et obolo. Et si forte non possimus prædictas terras warantizare prædictis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, faciemus eis escambium ad valentiam earundem terrarum in eadem villa, etc.

CCCCXXXVII. *De eodem.*

A.D. 1196–1198. Of the same. f. 113 *b.*

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Johannes, Dei gratia Wygorniensis episcopus, salutem in Domino.

Quoniam rem judicio vel concordia diffinitam non decet in scrupulam contentionis revocari, mos inolevit in ecclesia Dei rem taliter gestam scripto perpetuare et auctoritate pontificali confirmare; universitati igitur vestræ innotescat, quod cum inter T[homam] abbatem et conventum Gloucestriæ et G. priorem et conventum Lanthoniæ super sepulturis ecclesiarum subscriptarum frequens quæstio mota fuisset, tandem inter eos sub præsentia et auctoritate nostra convenit in hunc modum;

[1] *regis*] repeated in MS., but the redundant word is marked with the sign of erasure.

[2] In the margin here is inserted in a later hand, *Nota bene de prato in Prestham.*

scilicet quod si aliquis de parochianis abbatis et monachorum Sancti Petri, scilicet ecclesiæ Beatæ Mariæ ante portam abbatiæ, et Sancti Johannis Baptistæ, et aliarum ecclesiarum cimiteriis carentium in villa Gloucestriæ sitarum, apud Lanthoniam, duobus vel tribus præsentibus, in extrema voluntate sepulturam elegerit, canonici hoc ipsum monachis denunciabunt, et ita libere et pacifice licebit canonicis id ipsum recipere. Similiter si aliquis de parochianis canonicorum Lanthoniæ in villa Gloecestriæ, scilicet ecclesiæ Beatæ Mariæ infra portam australem, et Sancti Audoeni extra muros civitatis, apud ecclesiam Sancti Petri, duobus vel tribus præsentibus, in extrema voluntate sepulturam elegerit, monachi hoc ipsum canonicis denunciabunt, et ita libere et pacifice licebit monachis ipsum recipere. Ita quidem quod si vel monachos vel canonicos in tali electione contigerit esse præsentes, intuitu caritatis eligentem monebunt ut ecclesiam a qua recedit, sive monachorum sive canonicorum, in aliquo beneficio respiciat, De capella autem castelli ita convenit inter eos, quod si aliquis de castello penes Sanctum Petrum sepulturam sibi eligere voluerit, liberum sit monachis ipsum recipere; similiter si penes Lanthoniam sepeliri voluerit, canonici ipsum libere recipient, nullis privilegiis hinc inde impetratis vel impetrandis huic amicabili compositioni in posterum præjudicantibus.

Hanc itaque compositionem, ut perpetuam obtineat firmitatem et nullius malignitate valeat infirmari, præsentis scripti annotatione et sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis testibus.

CCCCXXXVIII. *De eodem.*

Hubertus, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in Domino. A.D. 1193–1205. Of the same.

Noverit universitas vestra, nos quandam compositionem inter dilectos filios abbatem et monachos Gloucestriæ et priorem et canonicos Lanthoniæ super quibusdam parochianis et sepulturis factam et scripto eorum communi corroboratam sub hac verborum continentia inspexisse; scilicet quod si aliquis de parochianis monachorum, videlicet ecclesiæ Beatæ Mariæ ante portam abbatiæ, et Sancti Johannis Baptistæ, et aliarum ecclesiarum cimiteriis carentium in villa Gloucestriæ sitarum, apud Lanthoniam, duobus vel tribus præsentibus, in extrema voluntate sepulturam elegerit, canonici hoc ipsum monachis denunciabunt, et ita libere et pacifice f. 114.

licebit canonicis [id] ipsum recipere. Similiter si aliquis de parochianis canonicorum Lanthoniæ in villa Gloucestriæ, scilicet ecclesiæ Beatæ Mariæ infra portam australem, et Sancti Audoeni extra muros civitatis, apud ecclesiam Beati Petri, duobus vel tribus præsentibus, in extrema voluntate sepulturam elegerit, monachi hoc ipsum canonicis Lanthoniæ denunciabunt, et ita libere et pacifice licebit monachis ipsum recipere. Ita quidem quod si vel monachos vel canonicos in tali electione contigerit esse præsentes, intuitu caritatis eligentem monebunt ut ecclesiam a qua recedit, sive monachorum sive canonicorum, in aliquo beneficio respiciat. De capella autem castelli convenit inter eos, quod si aliquis de castello penes Sanctum Petrum sepulturam sibi eligere voluerit, monachi eum libere recipiant; similiter si penes Lanthoniam sepeliri voluerit, canonici eum libere recipiant, nullis privilegiis vel aliis scriptis hinc inde impetratis vel impetrandis huic amicabili compositioni in posterum præjudicantibus.

Quod ut ratum et inconvulsum in æternum permaneat, sigillis utriusque ecclesiæ, diviso inter eos cyrographo, hinc inde confirmatum est.

Nos itaque huic inter eos factæ compositioni, et ab episcopo dyœcesano confirmatæ, auctoritatis nostræ robur præstare volentes, ipsam, prout rationabiliter facta est ut tanto majorem obtineat firmitatem, duximus præsentis scripti attestatione et sigilli nostri appositione communire et corroborare.

CCCCXXXIX. *De Treygof et Lankarvan.*

A.D. 1139–1149. Of Liddiard Tregoz and Llancarvan.

Robertus regis filius Gloucestriæ consul, Wthredo Landavensi episcopo, et Roberto Norr' vicecomiti de Glammorgan, et omnibus baronibus suis et amicis et fidelibus et Francis et Anglis et Walensibus, salutem.

Sciatis me, pro salute animæ meæ, et M[abiliæ] comitissæ, et antecessorum et successorum meorum, dedisse et concessisse, et hac præsenti carta confirmasse, in puram et perpetuam elemosinam, ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, abbati et monachis ejusdem loci, villam de Treigof cum terra de Pennune et omnibus aliis pertinentiis suis; similiter et ecclesiam de Lankarvan cum omnibus terris et decimis ad eam pertinentibus, ita libere et quiete ut mihi vel hæredibus meis nihil reservem, nisi tantum orationum devotiones. Volo etiam et præcipio quod dicti abbas et conventus quieti sint per totam terram meam a theloneo quicquid emerint ipsi vel servientes sui de curia sua ad opus eorum. Similiter et confirmo

f. 114 *b*.

totam illam elemosinam prioratui de Eweny quam Mauricius de Londonia eis contulit.

Teste Mabilia comitissa.

CCCCXL. *De Lancarvan.*

A.D. 1163–1183. Of Llancarvan.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, Nicholaus, Dei gratia Landavensis episcopus, perpetuam in Christo salutem.

Universitati vestræ notum fieri volumus, quod Radulphus Landavensis archidiaconus in præsentia nostra ecclesiam Sancti Cadoci de Lankarvan, tenendam de abbate et conventu Gloucestriæ, sub tali conditione suscepit, quod si sexaginta solidos eis annuatim statutis terminis vel infra octavum ab eis diem non solverit, cadet a jure et possessione ipsius ecclesiæ, ita ut neque appellationis obstaculum, neque reclamatio, neque contradictio,[1] per ipsum vel per alium facta, sibi prosit aut valeat, quin monachi statim eam auctoritate propria sicut suam et vacantem cum pertinentiis suis libere ingrediantur et plena integritate possideant. Capellanos etiam deinceps in eadem ecclesia ministraturos prædicto abbati et monachis jurare faciet, quod si ipse a prædicta solutione defecerit, reddita statim monachis Gloucestriæ clave ejusdem ecclesiæ, et nullo sibi jure inibi[2] retento sed ipsis monachis in ea receptis absque omni impedimento et præjudicio, liberi ab omni obligatione qua prædicto Radulpho super memorata tenebantur ecclesia, non per eum decætero sed per[3] monachos si voluerint et ipsi ministrabunt. De hiis omnibus fideliter et legitime conservandis memorato abbati et monachis idem Radulphus archidiaconus juratoriam præstitit cautionem, et in præsentia domini Cantuariensis et G[ilberti] Londoniensis episcopi et nostra conventionem istam recognitione et confessione propria roboravit. Inde est quod ecclesiasticæ paci debitam adhibere volentes cautelam, prædictam conventionem auctoritate nostra et præsentis scripti testimonio communimus et corroboramus, etc.

CCCCXLI. *De eodem.*

A.D. 1163–1188. Of the same.

Dilectis sibi in Domino universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos istæ litteræ pervenerint, frater G[ilbertus], Londoniensis ecclesiæ minister, salutem in Christo.

---

[1] *neque contradictio*] repeated in MS.

[2] *inibi*] inibi jure, MS.

[3] *per*] interlined in MS.

Sicut ex recognitione et confessione Radulphi archidiaconi Landavensis, sicut etiam ex litteris ejus signatis, accepimus ecclesiam Sancti Cadoci de Lancarvan de abbate et conventu
f. 115. Gloucestriæ, interveniente auctoritate dyœcesani episcopi, sub hoc tenore habendam ipse suscepit, quod si sexaginta solidos memoratis fratribus annuatim statutis terminis vel infra octavum ab eis diem non reddiderit, cadat a jure et possessione ipsius ecclesiæ, ita ut neque appellationis obstaculum, neque reclamatio, neque contradictio, per ipsum vel per alium facta, ei debeat suffragari, quominus monachi statim auctoritate sua, inconsulto episcopo et ministris ejus, eandem adeant et ingrediantur ecclesiam, et tanquam suam et tanquam vacantem cum pertinentiis suis omnibus libere et quiete possideant. Capellanos etiam postmodum in eadem ecclesia ministraturos prædicto abbati et monachis jurare faciet, quod si a prædicta solutione cessaverit, reddita mox eis clave ipsius ecclesiæ, ipsisque in ea sine impedimento receptis, absoluti ab obligatione qua illi tenebantur astricti, non per eum decætero sed per[1] monachos, si monachi voluerint, inibi ministrabunt, si minus, penitus decessuri.

Quod quia pleno partium hinc inde assensu, juratoria quoque cautione a Radulpho præstita, firmatum est, et auctoritate diœcesani episcopi comprobatum.

Nos quoque, ne indubium decætero id queat revocari, præsenti scripto vobis notificare, et sigilli nostri attestatione, coram universitate vestra testificari curavimus. Hiis testibus.

CCCCXLII. *De eodem.*

A.D. 1149 –1179. Of the same.

N[icholaus], Dei gratia Landavensis ecclesiæ minister humilis, omnibus ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem in Domino.

Notum vobis facimus, quod Urbanus archidiaconus noster Landavensis[2] recepit a domino abbate Gloucestriæ Hamelino custodiam ecclesiæ de Lancarvan, cum omnibus pertinentiis suis, exceptis decimis de Traygof, pro sexaginta solidis per annum, et tactis Sacrosanctis Evangeliis, et in Verbo Veritatis se juramento constrinxit, quod fidelis erit monasterio Gloucestriæ, et quod nec artem, nec ingenium exquiret, quo per tenuram suam monasterium prædictum aliquod detrimentum incurrat, et quod præfatum censum fideliter persolvet annuatim

[1] *parochianos* is inserted in the MS. before *monachos*, but with the sign of erasure.

[2] Not mentioned in the list of Llandaff archdeacons given in Leneve, vol. ii. p. 258.

hiis terminis, medietatem ad Pascha, et medietatem ad festum Sancti Michaelis. Juravit etiam quod si a solutione prænominati census infra octabas terminorum defecerit, restituet monachis Gloucestriæ præfatam ecclesiam absque omni reclamatione sui vel suorum, et libere nobis audientibus concessit ut districtiori sententiæ subjaceat, si postquam a solutione defecerit, eandem ecclesiam monachis detinere præsumpserit.

Quod quia ratum volumus permanere, præsenti scripto sigillum nostrum apposuimus, etc.

CCCCXLIII.

N[icholaus], Dei gratia Landavensis episcopus, universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, salutem et benedictionem. A.D. 1149–1183.

Notum facimus caritati vestræ, quod Urbanus archidiaconus noster, divinæ ductu pietatis, et amore venerabilium fratrum nostrorum monachorum Gloucestriæ, in præsentia nostra renunciavit juri, si quod habebat, in ecclesia Sancti Cadoci de Lancarvan, quæ de jure ad eosdem monachos pertinere dinoscitur. Et eandem ecclesiam coram nobis et pluribus tam clericis et laicis abjuravit, quod et prius in capitulo prædictorum monachorum tactis fecit Evangeliis. Quoniam autem ad nostrum spectat officium paci et quieti omnium, præsertim Deo servientium, devotius intendere, præfatam renunciationem præsentis scripti serie testificamur, et prænominatam ecclesiam liberam et quietam cum omnibus pertinentiis suis Deo et ecclesiæ[1] Beati Petri confirmamus, præsentem cartam sigilli nostri munimine roborantes, etc. Of the same. f. 115 *b*.

CCCCXLIV. *De eodem.*

Nicholaus, Dei gratia Landavensis episcopus, J. decano de Pennune, et Waltero de Mech', et O. de Landr', et W. de Sancto Hyllario, salutem et benedictionem. A.D. 1149–1183.

Mandamus vobis, et in vi obedientiæ injungimus, quatinus proxima die Jovis post Pascha, omni occasione remota, ad Lankarvan veniatis. Sciatis enim quod Willelmus archidiaconus[2] ecclesiam de Lancarvan in manu mea et abbatis Glou- Of the same.

[1] *et ecclesiæ*] Repeated in MS., but the redundant words are marked with the sign of erasure.

[2] Not mentioned in the list of Llandaff archdeacons given in Leneve, vol. ii. p. 258.

cestriæ liberam et quietam absque omni calumnia tradidit, et se dimisit; inde est quod mandamus vobis, et mandando præcipimus, quatinus nuncios abbatis et monachorum Glouces-triæ de prædicta ecclesia Sancti Cadoci cum omnibus ad eam pertinentibus vice mea saysiatis, et si qui aliquam vobis vim fecerint, sententiam ecclesiasticam auctoritate mea in illos exerceatis.

CCCCXLV. *De eodem.*

A.D. 1139–1149. Of the same.

Theobaldus, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, Uthredo dilecto fratri, eadem gratia[1] Landavensi episcopo, salutem et benedictionem.

Mandamus vobis, atque mandando præcipimus, ut in capellis quæ in parochia Sancti Cadoci de Lancarvan absque assensu et voluntate abbatis Gloucestriæ nuper constructæ sunt, divinum officium fieri non sinatis, nec amplius alias fieri, aut in aliquo jus præfatæ ecclesiæ minui permittatis, et parochianis redditus, et decimas persolvere rigore justitiæ coerceatis. Illam namque, et alias quas habent ex dono Mauricii de Londonia, videlicet ecclesiam Sancti Michaelis, et ecclesiam Beatæ Brigidæ, cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, in tutelam et protectionem nostram suscipimus, et præsenti scripto ecclesiæ Gloucestrensi in perpetuum assignamus. Valete.

CCCCXLVI. *De eodem.*

A.D. 1139–1148. Of the same. f. 116.

H[enricus], Wintoniensis Dei gratia episcopus, et Sanctæ Sedis Apostolicæ legatus, dilecto filio suo Uthredo, Landa-vensi episcopo, salutem, gratiam, et benedictionem.

Dilectus filius noster Gilebertus abbas Gloucestriæ conquestus est nobis, quod in parochia ecclesiæ suæ de Lancarvan capellæ noviter, ipso reclamante, constructæ sunt; unde vobis man-damus, et mandando præcipimus, ut in illis divina celebrari officia non sinatis, nec alias ulterius in eadem parochia, nisi ipso volente, ædificari permittatis. Nam ecclesias ejus omnes quas in vestra diœcesi habet, illam scilicet de Lankarvan, et alias quas ex dono Mauricii de Londonia suscepit, videlicet ecclesiam Sancti Michaelis, et ecclesiam Sanctæ Brigidæ, cum

[1] *Cantuariensis archiepiscopus* is inserted in the MS. before *Landa-vensi*, but with the sign of erasure.

omnibus pertinentiis et additamentis earum, in protectione nostra suscipimus, et earum subjectionem ecclesiæ Gloucestriæ in perpetuum præsenti scripto assignamus. Valete.

CCCCXLVII. *De eodem.*

Notum sit omnibus præsens scriptum visuris vel audituris, quod ego Willelmus Corbeth miles relaxavi et quietum clamavi, pro me et hæredibus meis in perpetuum, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totum jus et clamium quod habui vel habere potui in quodam mesuagio cum omnibus suis pertinentiis in villa de Lancarvan, de quo mesuagio eos implacitavi in comitatu de Cairdif per breve de ingressu. Pro hac autem mea relaxatione et quieta clamatione dederunt mihi prædicti abbas et conventus tresdecim marcas argenti. Of the same.

Et quia volo quod hæc mea concessio et quieta clamatio stabilis et firma in perpetuum perseveret, præsenti scripto sigillum meum apposui, etc.

CCCCXLVIII. *De eodem.*

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Johannes, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, salutem in Domino. Of the same.

Noverit universitas vestra, quod nos hoc præsenti scripto concessimus et confirmavimus Herewaldo filio Habrahæ et hæredibus suis terram illam quam habet de dono Emmæ de Cogan; videlicet tres acras et dimidiam terræ arabilis, et dimidiam acram prati, et unum hortum in feodo nostro de Pennune; tenendas et habendas prædictas acras cum horto sibi et hæredibus suis, libere et quiete, absque alicujus contradictione vel calumnia, prout in carta quam habet de dicta Emma plenius continetur.

In cujus rei testimonium, etc.

CCCCXLIX. *De terra in Lichelone.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus Thomæ de Fontaynes terram nostram quæ est in Lichelone, et jacet inter terram quæ fuit Adæ aurifabri ex parte una et terram ipsius Thomæ ex altera; tenendam et habendam de nobis in perpetuum sibi et hæredibus Of Lichelone.

f. 116 *b.* suis de Matilda uxore sua quam secundo duxit procreatis, pro sex solidis quos nobis annuatim ad quatuor terminos persolvet, videlicet ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ octodecim denariis, et ad Annunciationem Beatæ Mariæ octodecim denariis.[1]

Prædicta vero terra, per visum legalium virorum mensurata, continet in longitudine octo virgas domini regis ulnarias et tria quarteria cum pollice interposito, et in latitudine continet quinque virgas domini regis ulnarias et tria quarteria cum pollice interposito, duobus pollicibus minus. Quando vero dictus Thomas prædictam terram a nobis recepit, ædificium superpositum appretiatum fuit ad valorem viginti solidorum. Si vero aliquo casu emergente ipse vel hæredes sui dictam terram nobis reliquerint, simile ædificium vel pretium nobis restituent. Idem vero Thomas juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro prædicto plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque excambiet, neque in vadimonium ponet, neque alicui in feodum et hæreditatem tradet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu et voluntate nostra. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent; et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram sequentur.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem sigillo ecclesiæ nostræ signatam prædicto Thomæ tradidimus, alteram vero partem sigillo ipsius roboratam penes [nos] retinuimus. Hiis testibus.

CCCCL. *De Lilletone.*

Of Lilletone. Sciant præsentes et futuri, quod ego Philippus de Lilletone dedi et concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Johanni de Codestone[2] camerario abbatis Gloucestriæ, pro servitio suo, et pro centum solidis quos mihi ad magnum et urgentissimum negotium meum ante manum pacavit, totam terram meam de Lilletone cum omnibus pertinentiis suis, sine aliquo retenemento ad opus meum vel hæredum meorum, quam terram ego et antecessores mei hæreditarie tenuimus de domino abbate et conventu Glocestriæ.

[1] Two terms or feast days are here plainly omitted.

[2] Mentioned in the Historia, *ante*, vol. i. p. 30.

Reddendo idem Johannes et hæredes sui sive assignati sui annuatim prædicto abbati et conventui decem solidos ad duos terminos, medietatem scilicet ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, sicut ego et antecessores mei reddere debebamus et solebamus, pro f. 117. omnibus servitiis, salva tenura omnium eorum qui per cartam meam, sive ad terminum sive hæreditarie, tenent, sicut cartæ eorum quas de me habent testantur; ita tamen quod omnia de[1] tenura prædicta quæ foris sunt ad terminos, completis terminis prædicto Johanni et hæredibus suis sive assignatis suis sine aliqua contradictione vel impedimento mei vel hæredum meorum libere revertentur. Idem vero Johannes et hæredes sui sive assignati sui sectam curiæ abbatis, et omnia alia servitia quæ de jure ad prædictam terram pertinent, plenarie perficient.

In cujus rei testimonium, etc.

CCCCLI. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Philippus de Lillethone dedi et concessi, et præsenti carta mea confirmavi, Waltero filio Roberti de Herefordia, pro homagio et servitio suo, totam terram meam quæ jacet in Dodenhulle in villa de Lilletone, et quandam particulam prati mei quæ se extendit juxta fossatum de Grotemede, cum omnibus pertinentiis suis in eadem villa de Lilletone; tenendam et habendam in feodo et hæreditate, de me et hæredibus meis, sibi et hæredibus suis in perpetuum, vel cuicunque eam assignare voluerit, libere et quiete, in pace et integre, in viis, in semitis, in pratis et pasturis, et in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad prædictam terram pertinentibus. Of the same.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis, ille et hæredes sui vel assignati sui, decem et octo denarios duobus anni terminis, medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis, pro omnibus servitiis, querelis, sectis curiæ, et rebus omnibus. Et pro hac autem donatione mea et concessione dedit mihi sæpedictus Walterus præ manibus sexaginta solidos sterlingorum. Ego vero Philippus et hæredes mei prædicto Waltero et hæredibus suis sive assignatis suis totum prædictum tenementum cum pertinentiis suis contra omnes [homines] et fœminas in per-

[1] *de*] interlined in MS.

petuum warantizabimus, et tam de regali servitio quam de omnibus aliis servitiis et rebus cunctis quæ de terra exeunt vel exire poterunt aquietabimus.

In cujus rei testimonium, etc.

CCCCLII. *De eodem.*

A.D. 1244. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes de Cotestone,[1] quondam camerarius domini Henrici Foleth abbatis, dedi et concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, totam terram meam de Lilletone quam emi a Philippo filio Galfridi de Lillethone, et totam terram meam de Marewent quam emi de Henrico cognomento Forster, liberis hominibus f. 117 *b.* dictorum monachorum, cum omnibus pertinentiis dictarum, libertatibus et liberis consuetudinibus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam; nihil retinentes de prædictis terris ad opus meum vel hæredum meorum, nisi tantum prædictæ domus orationes.

Et ut hæc mea donatio et concessio et cartæ meæ confirmatio perpetuum robur obtineat, huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

CCCCLIII. *Mayesmora.*

A.D. 1154–1189. Of Maismore.

Henricus, rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, vicecomiti de Gloucestria et ministris suis, salutem.

Præcipio quod abbas et monachi de Gloucestria teneant et habeant in pace essarta sua de Mayesmore et de Hardeperer.[2] Hiis testibus.

CCCCLIV. *De eodem.*

A.D. 1100–1112. Of the same.

Henricus, rex Anglorum, Sampsoni episcopo,[3] et Waltero vicecomiti de Gloucestria, et omnibus baronibus suis, Francis et Anglis, de Gloucestresira, salutem.

[1] Vide calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 99), from whence I have supplied the marginal date.

[2] In the margin here *Hardepury* is inserted in a later hand.

[3] Of Worcester.

Sciatis me dedisse Deo, et Sancto Petro de Gloucestria, et Serloni abbati, ad victum monachorum, terram de Mayesmore, sicuti ego ipse in meo dominio melius habui, scilicet cum omnibus rebus illi terræ pertinentibus.

Et sciatis Aelinam uxorem Rogerii de Jureio, meo concessu, dedisse ecclesiæ Sancti Petri de Gloucestria et monachis terram illam quam habebat in Broctrop. Et terram quam Rogerus de Gloucestria dedit ecclesiæ Sancti Petri de Gloucestria pro anima fratris sui Hereberti, scilicet duos radcnithes, et unam ecclesiam cum una hyda terræ, et unum molendinum, meo concessu dedisse. Et ecclesiam Sancti Petri de Herefordia cum omnibus quæ ad eam pertinent, sicut Hugo de Laceio dedit eis.

Hæc omnia firmiter et perpetualiter eidem loco, pro anima patris et matris meæ, et fratris mei Willelmi regis, et pro salute animæ meæ et Matildæ reginæ uxoris meæ, concedo.

CCCCLV. *De eodem ;*[1] *scilicet de G[ilberto] comite seniore.*

Confirmation of Gilbert de Clare.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, Gilebertus de Clara, comes Gloucestriæ et Hertfordiæ, salutem.

Sciatis me, pro salute animæ meæ, et comitissæ Ysabellæ uxoris meæ, et omnium antecessorum meorum, concessisse, et hac præsenti carta mea confirmasse, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, omnia tenementa tam ecclesiastica quam sæcularia quæ habent de feodo meo in honore Gloucestriæ, tam in Wallia quam in Anglia, in puram et perpetuam elemosinam ; tenenda et habenda ita libere et quiete, sicut ea liberius unquam tenuerunt, in pratis, in pascuis, in viis et semitis, in plano et bosco, et in omnibus aliis libertatibus ; videlicet ecclesiam Sancti Michaelis de Ewenny, et ecclesiam Sanctæ Brigidæ, cum terris et decimis et omnibus beneficiis quæ ad illas per- f. 118.
tinent ; similiter ecclesiam Sancti Michaelis de[2] Colwinestone,[3] cum terris et decimis quæ ad illam pertinent, sicut in cartis Mauricii et Willelmi de Londonia continetur ; item totam

[1] *eodem*] This is inapplicable, for the document, as will be seen, is a confirmation to St. Peter's of many lands and churches.

[2] *Eweny et ecclesiam Sanctæ Brigidæ* is inserted in the MS. before *Colwinestone*, but with the sign of erasure.

[3] *Colwinestone*] *Colvestone* in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 75).

terram quam Willelmus de Corendone dedit prioratui de Ewenni; item totam terram quam Symon de Turbervilla et Gilebertus et Paganus de Turbervilla dederunt prædicto prioratui, sicut in cartis eorum continetur; et totam terram quam Gaufridus de Causi dedit eidem prioratui; item undecim acras prati quas Herebertus filius Hugonis dedit eidem prioratui; et quatuor acras terræ juxta rivulum Alune quas dedit Paganus grossus; et montem de feodo suo qui est inter montem de Ewenni et domum suam, cum omnibus aliis pertinentiis, sicut in cartis eorum continetur; item ecclesiam de Novo Burgo cum omnibus pertinentiis et libertatibus et redditibus[1] et piscariis, sicut in cartis antecessorum meorum continetur; item manerium de Traygof, quod est in comitatu de Glammorgan, quod ab antiquo tenuerunt, et sicut antiquitus in tempore antecessorum meorum melius et liberius tenuerunt, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis; item manerium de Clifforde quod est in hundredo de Theokesburia cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, salva mihi et hæredibus meis secta hundredi mei de Theokesburia bis in anno, scilicet ad festum Sancti Michaelis, et ad hokedai, sine calumnia et causatione per liberos homines et quatuor consuetudinarios ejusdem villæ cum hundredfe scilicet decem solidorum ad festum Omnium Sanctorum reddendorum. Item concessi dictis monachis Gloucestriæ, ut tam ipsi quam monachi Sancti Guthlaci Herefordiæ sint liberi et quieti in perpetuum de theloneo, et de omnibus quæ ad suos proprios usus emerint vel vendiderint apud Bristolliam et Kayrdif et Novum Burgum, sicut in carta Willelmi comitis Gloucestriæ continetur. Item quietos clamavi abbatem et monachos Gloucestriæ, et homines suos, et terram suam, et totum boscum suum de Wivelrugge qui est infra metas forestæ meæ de Malvernia quem dominus rex Henricus eis dedit, et carta sua confirmavit, cum omni libertate quam idem rex Henricus habuit in eodem bosco quando illum in suo dominico tenuit, de vastis, et essartis, et regardo forestariorum, et de omnibus aliis rebus et consuetudinibus quæ ad me vel ad hæredes et servientes[2] meos pertineant, salva venatione mea. Et concedo quod ipsi monachi et ballivi eorum de ipso bosco faciant omnino voluntatem suam absque visu et regardo
f. 118 *b.* forestariorum et servientium meorum. Concessi etiam dictis abbati et monachis warennam suam libere et plenarie per totam terram suam quam habent infra metas forestæ meæ prædictæ de Malvernia, salva venatione mea. Et prohibeo ne

[1] *redditibus*] reddidibus, MS.

[2] In the margin here *Wylveruge* is inserted in a later hand.

aliquis ballivorum vel forestariorum vel servientium meorum aliquam molestiam vel gravamen eis faciat, vel terræ vel hominibus eorum, contra præscriptas libertates, neque manum mittat in terras vel boscum eorum contra ipsas libertates.

In hujus concessionis et confirmationis meæ testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

CCCCLVI. *De eodem.*[1]

Of Maismore.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus, et præsenti carta nostra confirmavimus, David Bloeth de Mayesmore totam terram cum omnibus pertinentiis suis quam Walterus pater suus de nobis aliquando tenuit in Mayesmore, exceptis tresdecim acris terræ arabilis, et quatuor acris prati, et uno forendello, sicut continetur in carta quam dictus David nobis inde fecit, et excepta una acra prati in novo prato quam de nobis tenet ad placitum nostrum; habendam et tenendam de nobis libere et quiete sibi et hæredibus suis in perpetuum.

Reddendo inde annuatim nobis unam marcam argenti ad quatuor terminos anni, videlicet ad festum Beati Michaelis quadraginta denarios, et ad Annunciationem Beatæ Mariæ quadraginta denarios, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ quadraginta denarios, et ad festum Beati Andreæ quadraginta denarios, pro omni servitio et sæculari demanda. Et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram de Mayesmore cum cæteris hominibus nostris de Mayesmore sequentur. Idem vero juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque excambiet, neque in vadimonium ponet, nec alicui in feodum et hæreditatem tradet, neque ad alium locum religionis transferet sine assensu nostro. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent.

In cujus rei testimonium, etc.

CCCCLVII. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus

[1] *eodem*] *i.e.*, Maismore.

Henrico de Mayesmore filio Willelmi quondam forestarii[1] de Mayesmore[2] unam dimidiam virgatam terræ in villa de Mayesmore, cum omnibus pertinentiis suis; illam scilicet
f. 119. quam Willelmus pater ejus de nobis tenuit, et aliam dimidiam virgatam terræ in Hardeperer[3] cum pertinentiis quam pater ejus similiter de nobis tenuit; tenendas et habendas de nobis et successoribus nostris in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis.

Reddendo inde annuatim decem et octo solidos ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum Sancti Michaelis quatuor solidos et sex denarios, ad festum Sancti Andreæ quatuor solidos et sex denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ quatuor solidos et sex denarios, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ quatuor solidos et sex denarios, pro omni servitio. Et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram sequentur cum liberis hominibus nostris. Et pro hac nostra concessione dictus Henricus remisit nobis et successoribus nostris, pro se et hæredibus suis, totum jus et clamium quod habuit vel quod habere potuit in foresta de Wivelrugge.

In cujus rei testimonium, etc.

CCCCLVIII. *Mayesmore.*

A.D. 1100 -1112. Of the same.

Henricus, rex Anglorum, etc., Sampsoni episcopo,[4] et Waltero vicecomiti de Gloucestria, et omnibus baronibus suis, Francis et Anglis, de Gloucestresyra, salutem.

Sciatis me dedisse Deo, et Sancto Petro de Gloucestria, et Serloni abbati, ad victum monachorum, terram de Mayesmore,[5] et silvam totam et planum similiter, sicuti ego ipse melius habebam, pro anima patris matrisque meæ, et fratris mei regis Willelmi, et pro salute animæ meæ et Matildæ reginæ uxoris.

Testibus Matilda regina et Roberto episcopo Lyncolniensi, etc.

---

[1] After *forestarii* there is a slight erasure in the MS.

[2] *fil' Willelmi* is inserted in the MS. before *unam*, but with the sign of erasure.

[3] In the margin here is inserted in a later hand *Hardepuri.*

[4] Of Worcester.

[5] In the margin here is inserted in a later hand *Wylveruge.*

CCCCLIX. *Mayesmore.*

Hæc est conventio facta inter abbatem et conventum Sancti Petri Glocestriæ et abbatem et conventum Sancti Augustini de Bristollia, de communa quam solebant habere adinvicem inter villas suas, scilicet Hardeperer[1] et Mayesmore, quæ sunt villæ abbatis et conventus Gloucestriæ, et Essellesworthe quæ est villa abbatis et conventus Sancti Augustini de Bristollia; scilicet quod dictæ villæ per se sint, et nullam communam adinvicem habeant in nullo loco adjacente prædictis villis in bosco, nec in prato, nec in plano, nec in pascuis, nec in terra arabili. Licebit autem tam abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ quam abbati et conventui Sancti Augustini Bristolliæ, in tota terra sua assartare, fossare, claudere, terram arabilem facere, sine impedimento et contradictione utrorumque vel[2] hominum suorum, salvo jure aliorum vicinorum qui in dictis terris communam clamant. Et si contingat quod liberi homines dictorum abbatum et conventuum aliquam communam exigant super tenementa dictorum abbatum et conventuum, abbas et conventus Gloucestriæ abbatem et conventum Sancti Augustini de Bristollia, de petitione et exigentia omnium hominum suorum tam liberorum quam aliorum, aquietabit. Et hoc idem faciet abbas Sancti Augustini de Bristollia abbati et conventui Gloucestriæ de hominibus suis. Abbas vero et conventus Sancti Augustini de Bristollia concesserunt abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ unum cheminum ad latitudinem unius perticæ a bosco de Wivelrugge usque ad regiam viam quæ tendit per Assellesworthe, per quod cheminum possint dicti abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ de bosco suo usque ad Sabrinam cum carris et caretis et summagiis ire cum eis placuerit sine aliquo impedimento.

Of the same.

f. 119 *b.*

In cujus rei testimonium, etc.

CCCCLX. *Carta Gilberti de Clara de eodem.*

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Gilbertus de Clara, comes Gloucestriæ et Herthfordiæ, salutem in Domino sempiternam.

Of the same.

[1] In the margin here is inserted in a later hand *Hardepury*, and a little lower down, *abbas Sancti Augustini Bristolliæ.*

[2] *vel*] interlined in MS.

Cum constet nobis, per inquisitionem quam fieri fecimus, quod abbas Gloucestriæ et prædecessores sui nunquam facere consueverunt sectam ad curiam nostram seu antecessorum nostrorum de Wodeleyestile[1] pro manerio suo de Mayesmore cum pertinentiis quod est in foresta nostra de Cors, et quod canes dicti abbatis et hominum suorum de Mayesmore, Hardepiry et Ledene nunquam consueverunt expeditari, et similiter quod prædictus abbas et prædecessores sui semper capere consueverunt de boscis suis infra prædictum manerium de Mayesmore cum suis pertinentiis existentibus, sine visu forestariorum nostrorum seu ministrorum quorumcunque, seu antecessorum nostrorum, pro voluntate abbatis qui pro tempore fuerit, sine aliqua contradictione. Nolumus sicut nec tenemur domum Sancti Petri Gloucestriæ nec abbatem seu conventum ejusdem loci super aliquibus indebite molestari. Quare volumus et concedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quod prædictus abbas et successores sui quieti sint de secta facienda ad curiam nostram prædictam de Wodeleyestile pro prædicto manerio de Mayesmore in perpetuum; et quod canes sui et hominum suorum de Mayesmore, Hardepiry et Ledene non expeditentur; et quod prædictus abbas et successores sui et etiam homines sui prædicti decætero non amercientur pro canum suorum expeditatione; et similiter quod prædictus abbas et successores sui capiant pro voluntate sua de boscis suis infra prædictum manerium de Mayesmore existentibus, sine visu forestariorum vel ministrorum nostrorum, et quod decætero non amercientur pro viridi seu pro vasto, et licebit
f. 120. dicto abbati et successoribus suis claudere pro voluntate sua de boscis suis, dum tamen sepem seu fossatum non fecerint talis altitudinis quin feræ nostræ cum suis damulis et founis libere possint sepem cum fossato transire. Et wodewardi sive custodes prædictorum boscorum prædictorum abbatis et conventus et successorum suorum in creatione ipsorum wodewardorum seu custodum jurabunt nobis coram senescallo nostro Gloucestriæ qui pro tempore fuerit fidelitatem de venatione nostra salvanda in quantum poterunt. Præterea cartam comitis Gilberti avi nostri quam prædicti abbas et conventus habent de libertatibus in prædicta foresta nostra habendis eis concedimus et confirmamus.

In cujus rei testimonium, etc.

---

[1] In the margin here is written in a later hand *Wodeleyestile*, and lower down *Hardepury* and *Hardepuri*.

CCCCLXI. *De eodem.*

Johannes comes Mortone, justiciariis, et ballivis, vicecomitibus, et forestariis, et omnibus ministris suis, salutem. Of the same.

Sciatis me quietos clamasse abbatem et monachos Glocestriæ, et homines suos, et terram suam, et totum boscum suum de Wivelrugge[1] qui est infra metas forestæ meæ de Malvernia quem dominus rex Henricus eis dedit, et carta sua confirmavit, de vastis, et assartis, et de regardo forestariorum, et de omnibus aliis rebus et consuetudinibus quæ ad me vel servientes meos pertineant. Et concedo quod ipsi monachi et ballivi eorum de ipso bosco faciant omnino ad voluntatem suam absque visu et regardo forestariorum et servientium meorum. Concedo etiam eidem abbati et monachis warennam suam libere et plenarie per totam terram suam quam habent infra metas prædictæ forestæ meæ de Malvernia. Et prohibeo ne aliquis ballivorum vel forestariorum vel servientium meorum aliquam molestiam vel gravamen eis faciat, vel terræ vel hominibus eorum, contra præscriptas libertates, neque manum mittat in terram vel boscum eorum contra ipsas libertates.

Teste Rogero de Planes, W. de Wenneval, etc.

CCCCLXII. *De eodem.*

G[ilbertus] de Clare, comes Gloucestriæ et Hertfordiæ, senescallo suo et forestariis et cæteris ballivis suis de honore Gloucestriæ, salutem. Of the same.

Sciatis nos suscepisse in protectionem nostram abbatem et monachos Gloucestriæ, et homines suos, et omnia sua quæ habent in feodo nostro; et ideo vobis mandamus ne sibi vel suis in aliquo molestiam aliquam inferatis aut gravamen, nec inferri permittatis contra justitiam, nec contra tenorem cartæ quam de nobis habent.

In hujus rei testimonium has litteras nostras eis fecimus, etc.

---

[1] In the margin here is inserted in a later hand *Wilverugc.*

CCCCLXIII. *De eodem.*

Of the same.

G[ilbertus] de Clare, comes Gloucestriæ et Hertfordiæ, dilecto et fideli suo Galfrido de Mores senescallo honoris Gloucestriæ, salutem.

f. 120 *b.*

Mandamus vobis, quod[1] per liberos et legales homines de foresta nostra de Cors diligenter inquiratis utrum abbas Gloucestriæ sectam consuevit facere ad curiam nostram de Wodeleyestile[2] pro tenemento suo de Mayesmore tempore bonæ memoriæ R. de Clare quondam patris nostri, et utrum canes dicti abbatis et hominum suorum de Mayesmore, Hardepire, et Ledene, solebant expeditari, et si dictus abbas capere potuit temporibus retroactis quod voluerat de bosco dictorum maneriorum suorum absque visu ballivorum nostrorum; et quid inde inveneritis nobis sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos facta fuerit inquisitio constare faciatis.

Datum apud Kairdif, undecimo die Aprilis, anno, etc.

CCCCLXIV. *Inquisitio de eodem.*

Of the same.

Inquisitio facta in plena curia de Cors, coram Galfrido de Mores senescallo, die sabbati proxima ante clausum Paschæ,[3] anno quinquagesimo secundo,[4] de secta abbatis Gloucestriæ, et de expeditatione canum suorum et tenentium suorum, per sacramentum Henrici de Cors, Walteri de Marisco, Roberti Roscelyn, Ricardi Thoky, et cæterorum,[5] qui dicunt per sacramentum suum quod abbas Gloucestriæ nunquam consuevit facere sectam ad curiam de Wodeleyestile[6] pro tenemento suo de Mayesmore tempore bonæ memoriæ R. de Clare patris G[ilberti] de Clare nunc comitis, nec canes dicti abbatis, nec hominum suorum de Mayesmore, de Hardepire, de Ledene, non solebant expeditari temporibus[7] retroactis. Et dictus abbas capere potuit temporibus retroactis quod voluerat de boscis dictorum maneriorum suorum absque visu ballivorum domini comitis.

---

[1] *quod*] interlined in MS.

[2] In the margin here is inserted in a later hand *Wodeleyestile*, and lower down *Hardepuri*.

[3] *Paschæ*] Pascha, MS.

[4] *anno quinquagesimo secundo*] anno regni regis Henrici quinquagesimo secundo (?)

[5] *cæterorum*] cæteros, MS.

[6] In the margin here is inserted in a later hand *nota bene*, and lower down *Hardepury*.

[7] *temporibus*] temporis, MS.

CCCCLXV. *Marewent.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus de Maysmore, filius Willelmi forestarii de Mayesmore, concessi, et præsenti carta mea confirmavi, Johanni de Codestone unam dimidiam virgatam terræ cum omnibus pertinentiis suis in Marewent, illam scilicet quam antecessores mei et ego hæreditarie de abbate et conventu Glocestriæ tenuimus; tenendam et habendam in feodo et hæreditate de me et hæredibus meis, sibi et hæredibus suis sive assignatis suis et hæredibus eorum, sine aliqua diminutione vel subtractione ad opus meum vel hæredum meorum. Of Marewent.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis sex solidos ad quatuor anni terminos, videlicet ad festum Sancti Michaelis octodecim denarios, ad festum Sancti Andreæ octodecim denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ octodecim denarios, ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ octodecim denarios, pro omnibus servitiis et sæcularibus demandis, salvo regali servitio. Et ego vero Henricus et hæredes mei prædicto Johanni et hæredibus suis sive assignatis suis et eorum hæredibus prædictam dimidiam virgatam terræ cum omnibus pertinentiis suis contra omnes homines et fœminas in perpetuum warantizabimus, et de omnibus rebus pro prædicto redditu aquietabimus. Si vero contigerit me ante Margeriam uxorem meam mori,[1] et ipsa dotem secundum legem et consuetudinem terræ interrogaverit, hæredes mei sine omni contradictione et impedimento eidem de alia terra mea de Mayesmore plenarie satisfacient. Obligavi etiam me, ex mera voluntate mea, pro me et omnibus hæredibus meis, ad aquietandum prædictum Johannem et hæredes suos sive assignatos suos, et eorum hæredes, de redditu et omnibus aliis servitiis versus abbatem et conventum Gloucestriæ et versus alios. Quod si non fecerimus, licebit eidem Johanni et hæredibus suis sive assignatis suis et eorum hæredibus, distringere tenementum meum de Mayesmora sine omni contradictione mei vel hæredum meorum, usque plenarie eos aquietaverimus, etc. f. 121.

[1] In the MS. the *i* in this word is written upon an erasure.

CCCCLXVI. *De Munstreworþe.*[1]

Of Minsterworth.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus de Munstreworthe, filius Willelmi de Munstreworthe, assensu et voluntate Agathæ uxoris meæ[2] et omnium antecessorum meorum, dedi et concessi, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, totum jus quod ego vel hæredes mei habuimus vel habere potuimus in redditu octo solidorum et trium denariorum quem Hugo marescallus Gloucestriæ, et Elyas de Perches, et Rogerus clericus filius Rogeri filii Ceciliæ, mihi annuatim certis terminis solvebant pro pratis quæ de me in feodo et hæreditate tenebant; scilicet dictus Hugo marescallus pro prato quod tenet in Schiremede tres solidos et sex denarios duobus terminis anni, medietatem ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ; supranominatus vero Helyas pro pratis, quorum una pars jacet in Furlunge inter pratum dicti Rogeri clerici et culturam meam dominicam, altera vero pars in Hinhechinge quæ fuit Roberti camerarii, triginta denarios ad Nativitatem Beatæ Mariæ; præfatus vero Rogerus clericus pro tribus acris prati quæ jacent in Furlunge inter pratum supradicti H[elyæ] de Perches et terram Rogeri Clench viginti septem denarios ad eundem terminum; de quo redditu prædicti Hugo, Elyas, et Rogerus et eorum hæredes abbati et monachis Sancti Petri Gloucestriæ sine aliqua reclamatione mei vel hæredum meorum supradictis terminis plenarie respondebunt. Et ego Henricus et hæredes mei dictos octo solidos et tres denarios prædictis abbati et monachis Gloucestriæ contra
f. 121 *b.* omnes homines et fœminas warantizabimus, et ab omni servitio et exactione tam regali quam alio aquietabimus. Si vero contigerit ita quod ego vel hæredes mei prædictos octo solidos et tres denarios dictis abbati et monachis Gloucestriæ warantizare non possimus, faciemus eis rationabile escambium, sive in terris, sive in redditu, ad valentiam octo solidorum et trium denariorum.

Quod quia ratum esse volo, præsens scriptum sigillo meo munitum eis tradidi, etc.

[1] *Munstreworþe*] added in the margin in a different hand, and in black ink, the original word having been erased.

[2] *uxoris meæ*] uxoris meæ, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, etc.?

CCCCLXVII. [ ].[1]

Sciant præsentes et futuri,[2] quod ego Johannes clericus de Aldesworthe dedi et concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Deo, et Sancto Petro Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, totum pratum meum quod vocatur Luthlega, et pratum meum quod jacet inter pratum Aliciæ la Bonde versus orientalem partem et pratum Roberti piscatoris sub monte de Dunye versus occidentalem partem; tenenda et habenda de me et hæredibus meis in perpetuum, libere et quiete ab omni servitio et sæculari demanda. Ego vero Johannes et hæredes mei prædicta prata contra omnes homines et fœminas warantizabimus, et de omni servitio aquietabimus. Si vero aliquo casu emergente contigerit quod ego[3] Johannes vel hæredes mei[4] prædicta prata prædictis abbati et monachis warantizare non possimus, ego vel hæredes mei rationabile escambium de alio prato meo eis utiliori et propinquiori plenarie faciemus. Of Luthlega.

Quod quia ratum esse volo in perpetuum, præsens scriptum sigilli mei impressione munitum eis tradidi, et illud super altare Sancti Petri manibus meis obtuli, etc. Hiis testibus,

CCCCLXVIII. *De molendino Morini.*[5]

Sciant præsentes et futuri, quod ego Almaricus de Parcho, filius Willelmi de Parcho, anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo vicesimo tertio, idus Aprilis, ad instantiam prædicti patris mei tunc monachi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, redditum sex solidorum in molendino quod Galfridus Morin tenuit de patre meo in feodo et hæreditate, quem idem pater meus, antequam habitum religionis suscepit, pro salute animæ A.D. 1223, April 13. Of Morin's mill.

[1] The title here has been erased in the MS.

[2] In the margin here is inserted *Vacat hic.* This charter would almost appear to be another version of No. CXCV (*ante*, vol. i. p. 261) but as will be observed, there are very considerable variations.

[3] *casu emergente* is inserted in the MS. before *Johannes*, but with the sign of erasure.

[4] After *mei* there is a slight erasure in the MS.

[5] *molendino Morini*] *Morymysmulle* or *Morymulle* in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 99).

suæ dedit eisdem monachis cum omnibus suis pertinentiis in liberam, puram, et perpetuam elemosinam. Et quicquid in dicto molendino cum pertinentiis pater meus habuit vel habere potuit sine aliquo retenemento eisdem monachis concessi [1] et confirmavi, etc.

CCCCLXIX. *De eodem.*

A.D. 1220, April 5. Of the same. f. 122.

Sciant præsentes et futuri, quod, ego Willelmus de Parcho, anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo vicesimo, nonis Aprilis, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum et successorum meorum, dedi et concessi, et præsenti carta mea confirmavi, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, redditum sex solidorum in molendino quod Galfridus Morin de me hæreditarie tenuit annuatim percipiendorum. Totum etiam jus quod in eodem molendino ego vel hæredes mei habuimus vel habere potuimus, sine aliquo retenemento, eis monachis dedi et concessi, et quietum clamavi in perpetuum. Ego vero et hæredes mei prædictam donationem prædictis monachis in perpetuum warantizabimus.

In cujus rei testimonium.

CCCCLXX. *De Munstreworthe.*[2]

Of Minsterworth.

Sciant tam præsentes quam futuri, quod ego Willelmus de Munstreworthin tradidi et concessi Rogero filio Ceciliæ [3] Gloucestriæ tres acras prati in pastura vaccarum, scilicet pratum quod jacet inter pratum Elyæ de Perches et pratum Rogeri Keys ; [4] tenendas de me et hæredibus meis illi et hæredibus suis libere et quiete pro omni servitio, salvo servitio regis, in feodo et hæreditate annuatim pro xxvii. denariis reddendis mihi vel hæredibus ille vel hæredes sui ad Nativitatem Sanctæ Mariæ. Et ego Willelmus prædictus et hæredes mei prædicto Rogero et hæredibus suis prædictum pratum contra omnes homines warantizabimus, et de servitio regis quod pertinet ad illud pratum aquietabimus. Pro qua pactione prædictus

[1] After *concessi* there is a slight erasure in the MS.

[2] *Munstreworthe*] Added in the margin in a different hand, and in black ink, the original word having been erased.

[3] *Ceciliæ*] Ceceli, MS.

[4] *Keys*] *Clench* in charter No. CCCCLXVI (*ante*, p. 28).

Rogerus dedit mihi de introitu dicti prati quatuor solidos sterlingorum.

Et ut hæc conventio inter nos facta, firma sit et stabilis, fide media ad eam tenendam affidavi, et sigilli mei impressione roboravi, etc.

CCCCLXXI. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Willelmo tinctori et Aliciæ uxori suæ, et hæredibus eorum, tres acras prati in prato vaccarum apud Munstreworthe[1] quas Rogerus filius Rogeri filii Ceciliæ nobis dedit in feodo et hæreditate et carta sua confirmavit; tenendas et habendas de nobis, sibi et hæredibus suis, libere et quiete, pro tribus solidis octo denariis nobis annuatim persolvendis, videlicet medietatem ad festum Sancti Michaelis et aliam medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ. Idem vero Willelmus juramentum etc.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi, etc.

CCCCLXXII. *De Mordiforde.*

Of Mordiford.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus de Herefordia, filius Rogeri de Herefordia, relaxavi et quietum clamavi, pro me et hæredibus meis vel assignatis meis, in perpetuum, Deo, f. 122 *b.* et Beatæ Mariæ, et ecclesiæ Apostolorum Petri et Pauli Gloecestriæ, et Sancti Guthlaci Herefordiæ, et religiosis viris dominis abbati et conventui Gloucestriæ, et priori et conventui Sancti Guthlaci Herefordiæ, totum jus et clamium quod habui, vel aliquo jure habere potui, in advocatione ecclesiæ de Mordiforde, cum omnibus pertinentiis suis; habendum et tenendum sibi et eorum successoribus, libere et quiete, bene et in pace, in puram et perpetuam elemosinam, absque ullo impedimento seu reclamatione mei vel hæredum meorum vel assignatorum meorum in posterum; ita quod nec ego, nec hæredes mei, vel assignati mei possimus decætero quicquam juris, actionis, vel clamii, in advocatione jam dictæ ecclesiæ de Mordiforde exigere vel vendicare, sed ab omni jure, actione, vel clamio, quæ mihi vel hæredibus meis quocunque modo in

[1] *Munstreworthe*] Mustreworthe, MS.

advocatione dictæ ecclesiæ de Mordiforde competere possent, tenore præsentium simus exclusi in perpetuum.

Et quia volo quod hæc mea relaxatio et quieta clamatio, pro me et hæredibus meis vel assignatis, antedictis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ et priori et conventui Sancti Guthlaci Herefordiæ et eorum successoribus rata et stabilis in perpetuum permaneat, huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino B. de Suthl[ega], etc.

CCCCLXXIII. *Morkote.*

Of Morcot. Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Mara dedi et concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, et patris et matris meæ, et antecessorum meorum, et pro anima Willelmi filii Ricardi, in puram et perpetuam elemosinam, duodecim acras terræ, et duas acras prati in Morcota, quæ valent per annum septem solidos, quas Eulf et Everard tenent. Et volo quod prædicti monachi teneant terram illam quietam ab omni servitio et ab omni exactione. Et ego et hæredes mei post me terram illam aquietabimus in perpetuum de omni servitio versus dominum regem, et versus omnes alios homines. Si vero contigerit quod ego vel hæredes mei non possimus eis warantizare prædictam terram, nos in terris vel in redditibus eisdem monachis rationabile escambium ad valentiam faciemus.

Et ut hæc donatio et concessio nostra rata et inconcussa permaneat, sigilli nostri impressione præsens scriptum roboramus, etc.

CCCCLXXIV. *De eodem.*

Of the same. Sciant præsentes et futuri, quod ego Margeria de Boun concedo, et carta mea confirmo, Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, donationem et concessionem quam Willelmus de la Mare homo meus eis fecit in Morcota, scilicet duodecim acras terræ, et duas acras
f. 123. prati, quæ valent per annum septem solidos, quas Eulf et Everard tenuerunt. Quare volo quod prædicti monachi teneant prædictam terram cum hominibus ibidem manentibus ita libere et quiete, sicut carta prædicti Willelmi testatur, quam monachi inde habent. Et concedo quod Willelmus vel hæredes sui faciant prædictis monachis rationabile escambium ad valentiam prædictæ terræ alibi in feodo meo et hæredum meorum, vel in terris vel in redditibus, si forte aliquo casu contigerit quod terram de Morcote eis warantizare non potuerit.

Quod quia ratum et inconcussum manere volo, præsenti scripto et sigilli mei impressione confirmo. Hiis testibus.

CCCCLXXV. *De pensione de Norwyco.*

A.D. 1227, Oct. 23. Of Norwich.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Thomas, Dei gratia Norwicensis episcopus, salutem in Domino.

Cum fidem habeamus, per matriculam Norwicensis ecclesiæ, et per quædam alia instrumenta nobis a monachis Gloucestriæ in jure exhibita, quod dicti monachi Gloucestriæ debeant percipere sex marcas annuas nomine pensionis de ecclesia Sancti Petri de Mannecroft in Northwico, dictam pensionem præfatis monachis ob favorem religionis concedimus, et eam auctoritate episcopali ipsis confirmamus.

In cujus rei testimonium præsentes litteras fieri fecimus, et sigillo nostro muniri.

Datum Londoniæ, decimo kalendas Novembris, pontificatus nostri anno primo.

CCCCLXXVI. *De eodem.*[1]

Of the same.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus prior Norwici et ejusdem loci conventus, æternam in Christo salutem.

Litteras venerabilis patris nostri Thomæ, Norwicensis episcopi, inspeximus in hæc verba:—

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Thomas, Dei gratia Norwicensis episcopus, salutem in Domino.

Cum fidem habeamus, per matriculam Norwicensis ecclesiæ, et per quædam alia instrumenta nobis a monachis Gloucestriæ in jure exhibita, quod dicti monachi Gloucestriæ debeant percipere sex marcas annuas nomine pensionis de ecclesia Sancti Petri de Mannecroft in Norwico, dictam pensionem præfatis monachis ob favorem religionis concedimus, et eam auctoritate episcopali ipsis confirmamus.

In cujus rei testimonium præsentes litteras fieri fecimus, et sigillo nostro muniri.

Datum Londoniæ, decimo kalendas Novembris, pontificatus nostri anno primo.

[1] An inspeximus of the preceding charter.

Nos igitur huic confirmationi, sicut canonice facta est, assensum præbentes, eam præsenti scripto et sigilli nostri appositione corroboramus, etc.

CCCCLXXVII. *De eodem.*

A.D. 1154–1175. Of the same. f. 123 *b.*

Henricus, [rex Angliæ,] dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, Willelmo, Dei gratia Norwicensi episcopo, et Hugoni comiti de Norfolcia, salutem.

Mando vobis, et præcipio, et diligenter precor, quatinus monachis Gloucestriæ habere faciatis omnes terras et ecclesias et decimas ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ pertinentes, quæ apud vos sunt, ne aliquid in partibus vestris auxilii vestri vel justitiæ penuria[1] amittant.

Testibus comite Herefordiæ et Manaser Biseth apud Gloucestriam.

CCCCLXXVIII. *De eodem.*

A.D. 1100–1119. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, H[erberto], episcopo de Theofordia, et Rogero Bigod, et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Northfolcia, salutem.

Sciatis me concessisse donum quod pater meus dedit Sancto Petro de Gloucestria et monachis in Norwiz, videlicet ecclesiam Sancti Petri quæ est in mercatu.

Teste Rogero Bigod apud Londoniam.

CCCCLXXIX. *De eodem.*

A.D. 1162–1170. Of the same.

T[homas], Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum primas et Apostolicæ Sedis legatus, venerabili fratri et amico W[illelmo], Norwicensi episcopo, salutem.

Noverit dilecta nobis et veneranda fraternitas vestra, quod speciali amico nostro H[amelino], abbati et monachis Gloucestriæ, speciale indulsimus gratiose beneficium, videlicet ut ecclesiam Sancti Petri quam habent in foro Norwici ad commodum suum prout melius poterint, collocent. Et in hoc, et in cæteris negotiis suis, vestrum nostri amore et gratia impendatis auxilium et consilium, necnon et auctoritatem, ne ex defectu vestræ auctoritatis aliquid rerum suarum incurrant detrimentum, ut vobis gratias referamus, et vobis pro illis obnoxiores existamus.

[1] *mitigavit* is inserted in the MS. before *amittant*, but with the sign of erasure.

CCCCLXXX. *De eodem.*

Omnibus Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, S[tephanus], permissione divina Cantuariensis ecclesiæ minister humilis, totius Angliæ primas, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, salutem in Domino. A.D. 1207–1228. Of the same.

Cum dilecti filii monachi Gloucestriæ debeant percipere sex marcas annuas nomine pensionis de ecclesia Sancti Petri de Mannecroft in Norwico, sicut in carta venerabilis fratris Thomæ Norwicensis episcopi super hoc confecta plenius continetur, nos illas sex marcas eis auctoritate Cantuariensis ecclesiæ confirmamus.

In cujus rei, etc.

CCCCLXXXI. *De eodem.*

Omnibus præsens scriptum visuris, magister Philippus de Strattone officialis archidiaconi Norwici, salutem in Domino. Of the same.

Cum de speciali mandato domini Norwicensis episcopi diligentem fecerim inquisitionem super pensionibus viris religiosis in ecclesiis parochialibus ejusdem dyœcesis auctoritate episcopi diœcesani concessis et confirmatis, convocato toto capitulo Norwici et aliis vicinis clericis, sacramento corporali ab omnibus clericis decanatus Norwici solemniter præstito, inquisivi quod abbas et conventus Sancti Petri de Gloecestria, de ecclesia Sancti Petri de Mannecroft in Norwico, pensionem annuam sex marcarum temporibus Johannis de Hastinges et Roberti de Gloucestria quondam archidiaconi Subiriæ, ejusdem ecclesiæ quondam rectorum, auctoritate diœcesanorum episcoporum eis ab antiquo confirmatam post consecrationem domini P[andulphi] Norwicensis episcopi, et temporibus prædecessorum suorum sine omni contradictione perceperunt et percipere debent. f. 124.

Et in hujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui.

CCCCLXXXII. *De tumberello et pillorio*[1] *de eadem.*[2]

Sciant præsentes et futuri, quod ego Hugo, abbas Cyrencestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus abbati et con- Of Northleach;

[1] *pillorio*] The final *o* of this word has been added in black ink.

[2] *eadem*] This should be *Northleach.*

tumbrel and pillory there.

ventui Gloucestriæ, quod habeant in mercato suo de Northleche tumberellum et pilorium, ita ut qui digni fuerint pro delictis suis hoc vel illo puniri, per ballivos abbatis et conventus Gloucestriæ attachientur et judicentur. Concessimus etiam quod alia delicta in dicto novo mercato emersa, et ad dictum mercatum spectantia, in curiam abbatis et conventus Gloucestriæ deducantur et judicentur, ita ut penes abbatem et conventum Gloucestriæ remaneat finis et misericordia. Concessimus etiam quod omnes homines in dicto mercato manentes habeant inter se teþingam et friþborg', et quod tantummodo bis in anno veniant coram ballivis nostris de Cyrencestria in curia abbatis et conventus Gloucestriæ de Northleche, videlicet circa festum Sancti Martini, et circa hokeday, ad rationabilem summonitionem ballivorum nostrorum ad visum franci plegii faciendum, ita quod omnes proventus et amerciamenta de diebus illis remaneant abbati et conventui Gloucestriæ. Et quicunque in teþingam intrare voluerit, vel de teþinga exire, coram ballivis nostris eisdem diebus intrabit vel exibit. Salvis etiam nobis tantummodo attachiamentis placitorum coronæ, et latronibus, et latrociniis in dicto mercato captis vel attachiatis, et komelingis, et placitis de namiis vetitis, et omni imprisonamento ubi vitæ vel membri diminutio pertineat, et omnes aliæ loquelæ, præter loquelas prænominatas quæ in dicto novo mercato emerserint, remaneant penes abbatem et conventum Gloucestriæ in perpetuum. Et quicunque pro tempore fuerit præpositus mercati de Northleche, faciet fidelitatem nobis de loquelis illis quas penes nos retinuimus fideliter atachiandis et ballivis nostris ostendendis. Et pro hiis concessionibus et libertatibus habendis in dicto mercato et utendis obligant se prædicti abbas et conventus Gloucestriæ quod facient homines eorum de dicto mercato, quamdiu mercatum illud duraverit, et firma septem hundredorum in manus nostras fuerit, dare nobis et successoribus nostris octo solidos sterlingorum per annum, videlicet ad festum[1] Sancti Martini
f. 124 *b.* quatuor solidos, et ad hokeday quatuor solidos, pro omnibus querelis, occasionibus, et amerciamentis, et rebus aliis ad nos pertinentibus; ita tamen quod omnes illi qui alia tenementa tenent quam de burgagio et burgagia habent in mercato de Northleche eandem sectam faciant ad hundreda nostra quam ante mercati constitutionem facere consueverunt.

Et ut hæc omnia rata et stabilia permaneant, præsens carta ad modum cyrographi inter nos confecta est, et parti

[1] *ad festum*] Added in the margin in a different hand, and in very pale ink.

prædictorum abbatis et conventus Gloucestriæ sigillum ecclesiæ nostræ est appensum, etc.

CCCCLXXXIII. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Willelmo de Yaneworthe dimidietatem unius burgagii in burgo nostro de Northleche, scilicet medietatem illius burgagii quod Alveredus le Budel antea de nobis tenuit; tenendam et habendam de nobis in feodo et hæreditate sibi et hæredibus suis.

Reddendo inde annuatim nobis tres solidos duobus terminis anni, scilicet medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis, pro omni servitio, salvo nobis theloneo de equo vendito uno denario, et de quolibet bracino vendito uno denario. Idem vero Willelmus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo [redditu] nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium [exquiret], unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, etc., et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram sequentur bis in anno ad rationabilem summonitionem, scilicet ad hokeday et ad festum Sancti Martini.

In cujus rei, etc.

CCCCLXXXIV. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Ricardo de Duigtone unum mesuagium et octo acras terræ cum pertinentiis in villa de Northleche, illas scilicet quas Walterus filius Philippi tenuit; tenendas et habendas de nobis tantum in vita sua, vel in vita uxoris suæ quam primo duxerit, vel alterius eorum qui diutius vixerit, libere et quiete ab omni servitio, exactione, et demanda, pro quatuor solidis inde annuatim persolvendis nobis duobus terminis, medietatem ad festum Sancti Michaelis et aliam medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ. Post decessum vero alterius eorum qui diutius vixerit, prædictum mesuagium cum prædictis octo acris, cum omni melioratione superposita, sine aliqua contradictione ad nos libere revertetur. Prædictus autem Ricardus juramentum nobis præstitit, etc.

In cujus rei, etc.

CCCCLXXXV. *De mercato ejusdem loci.*

A.D. 1227, March 22. Of Northleach market. f. 125.

Henricus,[1] Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis nos, intuitu Dei, et pro salute animæ nostræ et animarum antecessorum et hæredum nostrorum, concessisse, et hac carta nostra confirmasse, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, quod habeant singulis annis unam feriam apud manerium suum de Northleche per tres dies duraturam, scilicet in vigilia, et in die, et in crastino Apostolorum Petri et Pauli; et quod habeant ibidem singulis septimanis unum mercatum per diem Mercurii. Ita tamen quod prædicta feria et prædictum mercatum[2] non sint ad nocumentum vicinarum feriarum et vicinorum mercatorum. Quare volumus et firmiter præcipimus quod præfati abbas et monachi habeant et teneant

Henricus, rex etc., salutem.

Sciatis nos, intuitu Dei, et pro salute animæ nostræ et animarum antecessorum nostrorum et hæredum nostrorum, concessisse, et hac carta nostra confirmasse, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, quod habeant singulis annis unam feriam apud manerium suum de Nordleghe per tres dies duraturam, scilicet in vigilia, et in die, et in crastino Apostolorum Petri et Pauli; et quod habeant ibidem singulis septimanis unum mercatum per diem Mercurii. Ita tamen quod prædicta feria et prædictum mercatum non sint ad nocumentum vicinarum feriarum et vicinorum mercatorum. Quare volumus et firmiter præcipimus quod præfati abbas et monachi habeant et teneant prædictam feriam et prædictum mercatum in perpetuum, bene et in pace, libere et quiete, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus, sicut prædictum est.

Hiis testibus, dominis Petro Wyntoniensi, Joscelino Batho-

[1] The enrolment of this instrument, as printed on the right hand side of the page, is to be found upon the Charter Roll of 11 Henry III. (part 1, m. 11). There is also a very early copy at the British Museum (Harl. Charter 58, H. 40), with this indorsement, "Copia cartæ abbatis Sancti Petri "Gloucestriæ de feria sua apud "manerium suum de Northlecche " . . . per cartam."

[2] *mercatum*] manerium, MS.

prædictam feriam et prædictum mercatum in perpetuum, bene et in pace, libere et quiete, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus, sicut prædictum est.

Hiis testibus, dominis Petro Wyntoniensi, Joscellino Bathoniensi, et Ricardo Sarum, episcopis, Huberto de Burgo comite Cantiæ, et aliis.

niensi, et Ricardo Sarum, episcopis, Huberto de Burgo comite Kanciæ justiciario nostro, Radulpho filio Nicholai, et Ricardo de Argenteine, senescallis nostris, Henrico de Capella, et aliis.

Datum per manus venerabilis patris Radulphi Cicestrensis episcopi cancellarii nostri apud Westmonasterium, vicesimo secundo die Martii, anno regni nostri undecimo.

CCCCLXXXVI. *Molendina de eadem.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Johanni de la Hasele duo molendina nostra de Northleche, cum debita secta et consuetudinibus debitis, et decem acras terræ arabiles ad ipsa pertinentes; tenenda tantum ad vitam suam, et ad vitam primæ uxoris suæ, si quam ducere contigerit, libere, quiete, bene, et in pace, pro viginti quinque solidis nobis annuatim ad quatuor terminos persolvendis; videlicet ad festum Sancti Michaelis sex solidi et tres denarii, ad Annunciationem Beatæ Mariæ sex solidi et tres denarii, ad festum Sancti Andreæ sex solidi et tres denarii, et ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ sex solidi et tres denarii, pro omni servitio et sæculari demanda ad nos inde pertinente. Idem vero Johannes juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædicta molendina seu terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, nec ad alium locum religionis transferet sine assensu et voluntate nostra. Eandem securitatem nobis faciet prima uxor sua quam ducere contigerit si ipsum supervixerit. Post decessum vero dicti Johannis et uxoris suæ prædictæ, duo molendina prædicta cum decem acris terræ et omnibus pertinentiis suis, et cum omni melioratione superposita, ad nos plenarie revertentur.[1]

A.D. 1263–1284. Of mills at Northleach.

f. 125 *b.*

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyro-

[1] *revertentur*] revertetur, MS.

graphi confectum est, cujus unam partem sigillo ipsius [Johannis] roboratam penes nos retinuimus, alteram vero partem sigillo ecclesiæ nostræ munitam, eidem tradidimus. Hiis testibus.

CCCCLXXXVII. *Confirmatio ecclesiæ de Northleche [et aliarum].*

A.D. 1215, Nov. 30. Of Northleach church and others.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, Walterus, Dei gratia Wygorniensis episcopus, salutem in Eo qui est vera salus.

Ad notitiam vestram volumus pervenire, nos cartam venerabilis prædecessoris nostri Sampsonis quondam Wygorniensis episcopi inspexisse, continentem hanc formam :—

A.D. 1100, July 23. Of the same.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, Sampson, Dei gratia Wygorniensis episcopus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos, una cum venerabilibus fratribus nostris dominis Gundulfo Roffensi, Gerardo Herefordensi, et Herveo Bangornensi, coepiscopis, anno Domini millesimo centesimo, ante autumnum, idibus Julii,[1] ecclesiam quam venerabilis abbas Serlo in villa Glavorniæ a fundamentis construxerat, dedicasse et consecrasse in honore Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, cum multorum populorum frequentia et devotione.

Et quia invenimus præfatum Serlonem abbatem plusquam sexaginta fratres ordinis Sancti Benedicti in dicto cœnobio Gloverniæ congregasse Christo perpetuo servituros, nec habent prædia et possessiones unde tantorum fratrum numerus ibi cum debito honore posset sustentari, nos, divinæ caritatis intuitu, et ad prædictorum episcoporum et ad multorum nobilium ibidem præsentium instantiam et devotionem, concessimus et contulimus prædictis abbati et fratribus Gloverniensis monasterii, et eorum successoribus, ad eorundem sustentationem et hospitalitatis inibi ampliationem, has[2] subscriptas ecclesias perpetuo habendas et in perpetuos usus convertendas; videlicet ecclesiam de Northleche[3] cum omnibus decimis et pertinentiis suis; ecclesiam de Stanedisse cum omnibus decimis et omnibus rebus ad ipsam pertinentibus; ecclesiam de Hardepyrie cum omnibus pertinentibus ad eandem; ecclesiam de

[1] Vide Historia (*ante*, vol. i. p. 12).

[2] *has*] haas, MS.

[3] In the margin here is inserted in a later hand, *Northleche*.

Brocþrope cum omnibus pertinentiis suis, salvis vicariis qui in dictis ecclesiis ministrabunt portionibus rationabilibus eisdem per nos vel successores nostros assignandis.

Concessimus eisdem fratribus et eorum successoribus perceptionem decimarum omnium terrarum suarum quas propriis laboribus suis vel sumptibus excoluerint, videlicet maneriorum suorum subscriptorum, de Berthona, de Bernewode, de Tuffeleye, de la Rugge, de Fareleye, de Brocþrope, de Froucestre, f. 126. de Boxwelle, de Estleche, de Culna Rogeri, de Culna Sancti Aylwini, de Ameneye, de Aldesworthe, de Duntesburne, de Cuthbrithleye, de Boclande, de Hynethone, de Clifforde, de Mayesmore, de Hardepirie, quæ in nostra dyœcesi obtinent in præsenti. Et etiam perceptionem omnium majorum decimarum de hominibus suis de omnibus maneriis suis prædictis.

Concessimus etiam eisdem religiosis duas marcas annuæ pensionis in ecclesia de Quenintone; et duas marcas annuæ pensionis in capella de Nimdesfelde; et viginti solidos annuos in ecclesia Sancti Johannis in Gloucestria; et decem solidos annuos in capella de Mattesdone;[1] et novem solidos annuos in capella de Eykote pro decimis domini de Eycothe; et majores decimas totius dominii Sibillæ de Evereus in Estleche; et etiam decimas de omnibus dominicis terris domini de Schiptone; et etiam decimas totius terræ dominicæ Roberti de Lettrintone. Præterea omnes ecclesias, terras, decimas, et omnia bona alia quæ a retroactis temporibus in diœcesi nostra adepti sunt, et usque ad hæc tempora pacifice possederunt, eis auctoritate nostra confirmamus in perpetuum possidenda, et præsentis scripti serie sigilli nostri appositione declaramus confirmata; statuentes et districtius inhibentes ut nullus deinceps super hiis audeat molestare.

Ut igitur ea quæ præmissa sunt futuris temporibus perpetuæ firmitatis robur obtineant, ea præsenti carta nostra, et tam sigilli nostri, quam sigilli capituli Wygorniensis ecclesiæ appositione, confirmamus.

Datum Wygorniæ, decimo kalendas Augusti, anno Domini supradicto, anno consecrationis nostræ quarto.

Nos igitur attendentes religiosam conversationem, et honestum ordinem abbatis et monachorum Gloucestriæ, omnes has[2] concessiones ecclesiarum appropriantes et decimarum collationes et confirmationes, sicut ab eodem prædecessore nostro pie et

[1] In the margin here is inserted in a later hand, *Nota de pensione xx. s. in ecclesia Sancti Johannis in Gloucestria. X. s. in ecclesia de Mattesdone.* And then a little lower down, *Pensio de Eykote ix. s. pertinet sacristæ.*

[2] *has*] haas, MS.

misericorditer factæ sunt, ratas habemus et gratas, et easdem episcopali auctoritate sub sigilli nostri appositione confirmamus, salvis rectoribus ecclesiarum in supradictis maneriis sitarum portionibus eisdem assignatis.

Datum Gloucestriæ in festo Sancti Andreæ, anno Domini millesimo ducentesimo decimo quinto.

CCCCLXXXVIII. *De eodem.*[1]

A.D. 1185. Of Nimpsfield.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo octogesimo quinto, facta est talis concordia inter Thomam abbatem et conventum monasterii Gloucestriæ et Nicholaum filium Roberti, super capella de Nimdesfelde, quod idem Nicholaus et successores sui habebunt ibi cantariam suam et capellanum residentem, ita quod persona de Froucestre assensu[2] abbatis et conventus prædicti clericum quendam Adam nomine in perpetuam vicariam prædictæ capellæ sub annua pensione viginti solidorum dum vixerit receperit. Idem vero clericus juramentum præstitit quod fidelis erit matrici ecclesiæ de Froucestre, et quod prædictum censum personæ ejusdem annuatim persolvet, medietatem[2] ad Pascha, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Singuli autem capellani qui loco suo in ecclesia ministrabunt similem fidelitatis præscriptæ personæ facient cautionem. Post discessum vero jam dicti clerici persona de Froucestre, assensu et consilio abbatis et conventus, quemcunque voluerit vicarium et idoneum sub annua pensione tantummodo duarum marcarum in præfata capella substituet, et majorem pensionem ab ullo capellano exigere non poterit. Præfatus vero Nicholaus quandam virgatam terræ quam antiquitus capella ex donatione antecessorum suorum possedit eidem in elemosinam perpetuam restituet. Et præterea omnes decimas tam de dominio suo quam de villenagio, bladi scilicet et fœni, pullorum et vitulorum, porcellorum, agnorum, lanæ, et lini, caseorum, et reliquorum omnium, ex integro de quibus decimæ dari solent, absque ulla diminutione concessit. Et sciendum quod idem Nicholaus neque hæredes sui, cum singuli sibi succedent, aliquid sibi juris decætero vendicabunt in advocatione ejusdem capellæ, seu[4] præsentatione vicariorum. Celebrabitur ibi bap-

f. 126 *b*.

[1] *eodem*] This should be *Nimdesfelde*.

[2] *assensu*] assessu, MS.

[3] *medietatem*] meditatem, MS.

[4] *seu*] repeated in MS., but the redundant word is marked with the sign of erasure.

tismus parvulorum omni tempore allato crismate matricis ecclesiæ de Froucestre. Et sepultura fiet ibi omnium ibidem defunctorum, exceptis illis qui virgatas integras seu dimidias tenebunt viris et mulieribus. Quod si tanta temporis intemperies ingruerit ut non possint ad matricem ecclesiam corpora deferri, personæ matricis ecclesiæ integre reservatis obventionibus, illic sepelientur.

Quod si ratum et inconvulsum in posterum permaneat, diviso inter eos cyrographo, confirmatum est, et sigillis eorum utrumque appositis roboratum. Hiis testibus.

CCCCLXXXIX. *De eodem.*

Notum sit universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, quod causa quæ vertebatur inter dominum J. de Columpna cardinalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, per magistrum W. de Moy generalem procuratorem suum ad componendum et ad litigandum, ex una parte, et Elyam de Bristollia,[1] canonicum Herefordiæ, ex altera parte, super capella de Nimdesfelde, coram judicibus delegatis, scilicet S. decanum et H[ugonem][2] thesaurarium Eboraci aliquamdiu ventilata, amicabili compositione interveniente hoc fine conquievit,[3] videlicet quod prædictus Helyas prædictam capellam cum pertinentiis suis, quoad ipse vixerit, habebit et tenebit. Et reddet inde annuatim antiquam pensionem prædicto cardinali vel ejus procuratori ad ecclesiam suam de Froucestre spectantem, et hoc in manus capellani qui in ecclesia de Froucestre pro loco et tempore ministrabit, scilicet unam marcam ad festum Sancti Michaelis, et aliam ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ; et omnia onera ordinaria et etiam extraordinaria, si qua emerserint, sustinebit. Et prædictus Elyas, fretus consilio bonorum virorum, dedit prædicto procuratori sex marcas argenti pro bono pacis et pro sumptibus suis. Et hanc compositionem fideliter observandam uterque juramento præstito et fidei suæ religione confirmaverunt. Hiis testibus.

Of the same.

f. 127.

[1] Elias de Bristol was treasurer of Hereford in 1145. (Leneve, vol. i. p. 488.)

[2] Hugh Pudsey was treasurer of York from 1141 to 1153. (Leneve, vol. iii. p. 158.)

[3] *conquievit*] In the MS. the first syllable of this word is interlined.

CCCCXC. *De eodem.*

Of the same.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, magister Willelmus de Moy, procurator domini Johannis de Columpna tituli Sanctæ Praxedis presbyteri cardinalis, salutem æternam in Domino.

Noverit[1] universitas vestra me, spontanea voluntate, resignasse duas marcas quas percipere consuevi annuatim de capella de Nimdesfelde per manum Helyæ de Bristollia canonici Herefordiæ, cum toto jure quod habui in eadem capella quæ spectat ad ecclesiam de Froucestre tanquam ad ecclesiam matricem, etc.

CCCCXCI. *De eodem.*

Of the same.

Thomæ, Dei gratia abbati Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, R. filius Nicholai, miles, salutem, et devotum cum omni reverentia famulatum.

Sanctitati vestræ humiliter et devote supplico quatinus divino intuitu, et meæ petitionis interventu, ad capellam de Nimdesfelde, per decessum H[elyæ] de Bristollia vacantem, quæ de vestra donatione est, J. capellanum, latorem præsentium, præsentare velitis, salvis vobis duabus marcis annuis, unam ad Pascha, et alteram ad festum Sancti Michaelis persolvendis. Tum, si placet, inde facientes ut de devotis devotiores et ad uberrimas gratiarum actiones vobis teneamur.

Valeat sanctitas vestra, etc.

CCCCXCII. *De eodem.*

Of the same.

Venerabilibus patribus et amicis in Christo carissimis Thomæ, Dei gratia abbati Gloecestriæ, et ejusdem loci conventui, Nicholaus filius Rogeri miles, salutem et devotam in Domino caritatem.

Sanctitati vestræ humiliter et devote supplico quatinus divino intuitu, et petitionis meæ interventu, ad capellam de Nimdesfelde, per decessum H[elyæ] de Bristollia vacantem, quæ de vestra donatione est, J. capellanum, latorem præsentium, præsentare velitis, salvis vobis duabus marcis annuis, una ad Pascha, et altera ad festum Sancti Michaelis ab eodem J. persolvendis. Tum inde, si placet, facientes, etc.

[1] *Noverit*] Noversit, MS. There is also a slight erasure after this word in the MS.

CCCCXCIII. *Northona.*

Of Norton. f. 127 *b*.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Emelina uxor Ernulfi de Hestink, pro salute domini mei et mea, et patris et matris et antecessorum meorum, dedi Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ, ecclesiam de Northona[1] cum omnibus pertinentiis suis, liberam et quietam ab omni servitio, in perpetuam elemosinam.

Et quia volo quod bene et in pace teneant, sigillo meo confirmo.

Hujus rei testes sunt Rogerus filius Dodonis.[2]

CCCCXCIV. *De eodem.*

A.D. 1100–1135. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, episcopo Lyncolniensi, et vicecomiti, et omnibus baronibus et fidelibus suis de Oxenfordesyra, salutem.

Sciatis quod Robertus filius Walteri et Avelina uxor sua, concessu meo, concesserunt Deo, et Sancto Petro, et abbati et monachis suis de Gloucestria, ecclesiam suam de Nortona in elemosinam, cum omnibus rebus quæ illi pertinent, tali conditione quod abbas et monachi ecclesiam prædictam facient fieri, et ibi invenient clericum qui illi bene serviat, et clerico ipsi necessaria ministrabunt de beneficiis ejusdem ecclesiæ. Et quid inde super hoc[3] remanserit, victui et necessariis monachorum erogetur. Et præcipio quod ipsi eam bene et in pace et honorifice teneant. Teste, etc.

CCCCXCV. *De eodem.*

A.D. 1135–1139. Of the same.

Stephanus, rex Anglorum, episcopo Lyncolniensi et omnibus baronibus et filiis Sanctæ Ecclesiæ per Oxenfordesyram constitutis, salutem.

Concedo Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloecestriæ, et monachis Gloucestriæ, ecclesiam de Nortone, cum omnibus ei pertinentibus, sicut Robertus filius Walteri et uxor ejus Avelina concesserunt; et sicut carta regis Henrici testatur. Teste R[ogero] episcopo Sarum, etc.

---

[1] In the margin here is inserted in a later hand *Chepyngnorton.*

[2] This sentence is plainly incomplete.

[3] *hoc*] Originally written *est*, but afterwards altered to *hoc*.

CCCCXCVI. *De eodem.*

A.D. 1135–1154. Of the same.

Stephanus, rex Anglorum, Roberto filio Walteri et ministris suis, salutem.

Præcipio quod juste resaysiatis abbatem de Gloucestria de ecclesia sua de Northona, de terris et decimis, et de omnibus eidem ecclesiæ pertinentibus, sicut fuit die[1] qua rex Henricus novissime mare transivit ad eundum in Normanniam. Et nisi feceris Walterus archidiaconus de Oxonia[2] faciat, ne inde amplius clamorem audiam pro penuria pleni recti. Teste.

CCCCXCVII. *De eodem.*

A.D. 1093–1123. Of the same.

Robertus, Dei gratia Lincolniensis episcopus, universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, salutem et benedictionem.

Notum sit omnibus vobis, quod concedimus, et episcopali auctoritate confirmamus, donationem quam fecit Emelina uxor Ernulfi de Hesdine abbati et monachis Sancti Petri Gloucestriæ; scilicet ecclesiam de Northona, cum omnibus pertinentiis suis. Et volumus ut libere et honorifice teneant, salva dignitate episcopali. Valete.

CCCCXCVIII.

A.D. 1186–1200. Of the same. f. 128.

Venerabili domino et patri in Christo carissimo H[ugoni], Dei gratia Lincolniensi episcopo, Thomas, ejusdem gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, salutem quæ nunc est et quam speramus a Domino.

Dilectæ nobis in Domino paternitati vestræ supplicamus, quatinus præsentium latorem, Ricardum clericum et alumnum domus nostræ, cui ecclesiam nostram de Nortuna divinæ pietatis intuitu concessimus, ad præsentationem nostram, ad eam admittatis, et eum auctoritate episcopali instituere velitis.

Valeat in Domino sanctitas vestra, pater carissime.

CCCCXCIX. *De eodem.*

A.D. 1186–1200. Of the same.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia Lincolniensis episcopus, salutem in Domino.

---

[1] *die*] de, MS.

[2] Walter of Wallingford, called also Walter Calne (Leneve, vol ii. p. 64).

Noverit universitas vestra, nos, ad præsentationem dilectorum in Christo filiorum Thomæ abbatis de Gloucestria, et ejusdem loci conventus, recepisse dilectum in Christo filium Ricardum[1] de Budeforde ad ecclesiam de Nortuna, et ipsum in eadem canonice instituisse, ita quidem quod idem Ricardus ipsam ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis quiete et pacifice in perpetuum possidebit; solvendo inde annuatim prædictis abbati et monachis de Gloucestria sexaginta solidos ad duos terminos, videlicet in festo Sancti Michaelis triginta solidos, et ad Pascha triginta solidos, salvis episcopalibus consuetudinibus, et Lincolniensis ecclesiæ dignitate.

Quod ut firmum et ratum perseveret, præsenti scripto et sigilli nostri patrocinio confirmamus. Hiis testibus.

D. *De eodem.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Sancti Petri de Gloucestresyra, salutem et apostolicam benedictionem. Of the same.

Solet annuere sedes apostolica piis votis, et honestis petentium precibus favorem impertiri; eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, personas vestras et monasterium in quo divino mancipati estis obsequio, cum omnibus quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum, præstante Domino, justis modis poterit adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem jus patronatus ecclesiarum de Nortuna, de Wiredesburia, de Langele, de Burthona, de Linkeholte, cum pensionibus quas ab eisdem ecclesiis percipitis annuatim, necnon possessiones, redditus, et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Laterani, duodecimo kalendas Maii.

[1] *fi* is inserted in the MS. after *Ricardum*, but with the sign of erasure.

DI. *De eodem.*

A.D. 1126. Of the same. f. 128 *b.*

Ego[1] Rodbertus filius Walteri et Avelina uxor mea concedimus Deo, et Sancto Petro, et Willelmo abbati et conventui de Gloucestria, ecclesiam de Nortuna cum terris et decimis et rebus omnibus eidem ecclesiæ pertinentibus, sicut Emelina mater Avelinæ eis donavit. Et volumus ut bene, et in pace, et honorifice teneant. Teste etc.

DII. *De Novo Burgo.*

Of Newport.

R[obertus] regis filius, Gloucestriæ consul, R. Norr' vicecomiti et præposito de Sancto Gundleo, salutem.

Sciatis me concessisse Picoto capellano meo, quod hospitetur terram suam quæ est inter burgum meum et ecclesiam. Et si burgenses mei quieti sunt de consuetudine,[2] et sui homines sint quieti. Et ecclesia habeat inde censum suum sicut habeo de burgensibus meis. Teste etc.

DIII. *Alia de eodem.*

A.D. 1185–1191. Of the same.

W[illelmus],[3] Dei gratia Landavensis episcopus, archidiaconis, decanis, personis, vicariis, et omnibus Sanctæ Ecclesiæ fidelibus in episcopatu Landavensi constitutis ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem, gratiam, et benedictionem.

Noverit universitas vestra, quod Willelmus de Bendengis, custos castelli de Novo Burgo constitutus, contempto jure matricis ecclesiæ de Novo Burgo, a qua capella castelli ab ipsa fundatione servitium suum percipere consueverat, ipsam capellam per proprium capellanum fecit deserviri, reclamantibus monachis Gloucestriæ, et Helya decano, qui eorum nomine ecclesiam de Novo Burgo possidebat, et id in præjudicium matricis ecclesiæ fieri conquerentibus. Super quo cum monachi sæpius a nobis justitiam postulassent, et etiam litteras domini B[aldwini] Cantuariensis archiepiscopi de justitia sibi exhibenda detulissent, tandem memoratus Willelmus de Bendengis, assertione et testimonio fidelium virorum de jure monachorum

---

[1] Vide the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 103), from whence I have supplied the marginal date.

[2] *consuetudine*] consuetuetudine, MS.

[3] William of Saltmarsh (Leneve, vol. ii. p. 242).

certioratus, præscriptam capellam solenniter in capitulo apud Struguillium in manu domini T[homæ] tunc abbatis Gloucestriæ in præsentia nostra liberam et quietam reddidit, salvo servitio quod matrix ecclesia prædecessorum suorum constabulariorum temporibus prædictæ capellæ facere consuevit.

Et ne tractu temporis quod in nostra et aliorum præsentia solenniter actum est in recidivam veniat quæstionem, nos rei seriem præsenti scripto testificantes, et sigilli nostri appositione roborantes, ut futuris temporibus rata perseveret, episcopali auctoritate confirmavimus. Hiis testibus.

DIV. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Helyas Giffardus concedo Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ, in elemosinam, pro anima patris mei et matris, et pro anima mea, et uxoris meæ Bertæ, et animabus amicorum.[1]

DV.

Willelmus comes Gloucestriæ, suo dapifero omnibusque suis baronibus et hominibus et amicis Francis, Anglis, atque Walensibus, salutem. Of the same. f. 129.

Sciatis me dedisse et concessisse Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, in perpetuam elemosinam, ecclesiam Sancti Gundlei cum omnibus pertinentiis suis, et sicut Picotus meus capellanus melius[2] illam tenuit tempore patris mei vel meo, pro salute animæ patris mei et antecessorum meorum, et pro salute animæ meæ, et uxoris meæ, et liberorum meorum, eo tenore quod idem Pikotus, quamdiu vixerit aut eidem ecclesiæ præesse voluerit, illam ita libere et quiete et honorifice de me teneat, sicut eam liberius et honorabilius de meo patre et de me ipso tenebat. Attamen concessi ut in recognitione meæ donationis Picotus det annuatim ecclesiæ prædictæ Sancti Petri tres marcas argenti, et monachis pro firma pace inter monachos et ipsum Picotum firmanda, et omni controversia inter ipsos removenda. Volo etiam quod ex quo Picotus præ-

[1] Against this incomplete fragment *vacat* is written in the margin. It is the commencement, as will be seen, of charter No. CVI. (*ante*, vol. i. p. 206).

[2] *melius*] The *li* in this word is interlined in the MS.

dictam ecclesiam Sancti Gundlei de Novo Burgo sive morte sua sive sponte reliquerit, ipsa ecclesia abbati atque monachis remaneat quieta et libera ad faciendum inde eorum velle.

DVI. *De eodem.*

A.D. 1072.–1104. Morganus[1] filius Morgani omnibus amicis suis et hominibus, Francis, Anglicis, et Walensibus, salutem.

Of the same. Sciatis quod ego concessi ecclesiæ Sancti Gundlei et ecclesiæ Sancti Petri de Gloucestria, pro anima patris mei et antecessorum meorum, et pro salute animæ meæ, et pro fraternitate ecclesiæ Sancti Petri de Gloucestria, quadraginta acras terræ meæ in mora Goldclyviæ, videlicet viginti acras apud Pillam Sigille et viginti acras juxta pontem Novi Burgi et juxta ripam Uscæ, in perpetuam elemosinam, quas pater meus ecclesiæ Sancti Gundlei dedit. Et ut donatio mea et patris mei rata et irrefragabilis perseveret, donationem patris mei et meam carta mea et sigillo meo impressa confirmavi, etc.

DVII. *De eodem.*

Of the same. M. comitissa Gloucestriæ, et Willelmus comes filius ejus, Willelmo filio Stephani constabulario suo, et omnibus hominibus suis, tam Anglicis quam Walensibus de Sancto Gundleo, salutem in Domino.

Sciatis nos concessisse, dedisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse, pro salute animarum nostrarum, ecclesiæ de Sancto Gundleo totam decimam vivariorum nostrorum quæ sunt inter Uscam et Ebot. Similiter confirmamus donationem villæ de Treigof, et ecclesiæ de Lankarvan, et terræ de Pennun, quam fecerunt prædecessores nostri, pro salute animarum suarum, prædecessorum, atque successorum suorum, monasterio Sancti Petri Gloucestriæ.

---

[1] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 102), this grant is said to have been made during Serlo's abbacy. I have therefore adopted that period as the marginal date.

DVIII. *De eodem.*

N[icholao],[1] Dei gratia Landavensi episcopo, et omnibus rectoribus et filiis Sanctæ Ecclesiæ, Robertus filius Loemeri,[2] salutem. A.D. 1149–1183. Of the same.

Universitati vestræ notum facio, quod ego, pro salute animæ meæ et Mabiliæ uxoris meæ, et pro animabus patris mei et matris meæ, dedi ecclesiæ Sancti Gundlei decimam molendini mei,[3] in perpetuam elemosinam. Et ut donatio mea rata et irrefragabilis perseveret, donationem meam carta mea sigillo impressa confirmavi, et in die Sancti Martini coram omni parochia super altare Sancti Gundlei ad oblationem cartam præsentavi. f. 129 *b.*

Et Robertus prædictæ ecclesiæ vicarius hujus facti totam parochiam in testimonium vocavit, etc.

DIX. *De eodem.*

T[heobaldus], Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum primas, et Apostolicæ Sedis legatus, universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, salutem. A.D. 1148–1161. Of the same.

Notum esse volumus omnibus ad quos præsens carta pervenerit, nos audivisse testes Hamelini abbatis Gloucestriæ super ecclesia Sancti Gundlei, tres videlicet sacerdotes testificantes se audisse et vidisse quod Robertus de Haya, assensu Roberti filii Hamonis superioris domini, concesserit ecclesiæ Gloucestriæ et monachis ecclesiam Sancti Gundlei, et quod Herewaldus tunc Landavensis episcopus, a manibus Roberti de Haya receptam abbati Serloni Gloucestriæ tradidit, et eum inde canonice investivit. Sed et alios duos ejus audivimus testes laycos, cum uno sacerdote, testificantes se vidisse monachos in possessione ecclesiæ Sancti Gundlei, et eosdem monachos fructus percipere, et quod sub nostro conspectu testati sunt, consequenter juramento confirmaverunt.

Ista audivimus et vidimus, et hæc testamur, etc.

[1] Nicholas ap Gurgant or Gwrgant (Leneve, vol. ii. p. 242).

[2] *Loemeri*] Omeri in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 102).

[3] *molendini mei*] molendini mei de Ebboth (ibid.)

DX. *De eodem.*

A.D. 1151–1157. Of the same.

T[heobaldus], Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum primas, Apostolicæ Sedis legatus, venerabilibus fratribus et amicis R[oberto][1] Bathoniensi, et J[ohanni][2] Wygorniensi episcopis, salutem.

Quod a nobis super ecclesia Beati Gundlei gestum est, et qua ratione eam H[amelino] abbati et monachis Gloucestriæ restituimus, præsenti scripto vobis significamus.

Quoniam igitur W. comes Gloucestriæ ad diem peremptorium, ante nostram præsentiam, omnino apparere contempsit, et H[amelino] abbati et monachis Gloucestriæ super ecclesia Beati Gundlei respondere, qua eos injuste spoliaverat, sententia canonica dictante, ipsi abbati et ejus monachis præfatam ecclesiam canonice restituimus. Quod si præscriptus comes eos contra sententiam diffinitivam, qua illam ecclesiam adepti sunt, et a nobis inde investiti, vexare præsumpserit, ecclesiastica ultione eum secundum officium vobis per dyœceses vestras injunctum coerceatis et compescatis, et sententiam quam dominus Landavensis episcopus in eum horum occasione protulerit et vobis denunciaverit firmiter per vestras dyœceses observari præcipiatis quousque resipiscat, et ablata integre eis restituat.

f. 130.

DXI. *De eodem.*

A.D. 1149–1161. Of the same.

Venerabili domino patri suo carissimo T[heobaldo], Dei gratia Cantuariensi archiepiscopo, Anglorum primati et Apostolicæ Sedis legato, N[icholaus], Landavensis ecclesiæ minister humilis, salutem et devotam obedientiam.

Celebrata synodo apud Kayrdif juxta mandatum vestrum, dilecte pater, quæ per abbatem Gloucestriæ ibidem accepimus, diligenter inquisivimus veritatem causæ quæ inter ipsum abbatem et Picotum clericum agitabatur super ecclesia Sancti Gundlei de Novo Burgo; et tandem judicio synodi mandati vestri formam secutæ, acceptis prius legitimorum testium juramentis tam super monachatu Picoti quam super possessione abbatis, Gloucestrensem ecclesiam in possessionem præfatæ ecclesiæ Sancti Gundlei qua fuerat absque ordine judiciario destituta, reduximus. Et quoniam eandem ecclesiam ad jus

[1] Robert, first bishop of Bath and Wells (Leneve, vol. i. p. 129).

[2] John de Pagham (Leneve, vol. iii. p. 49).

Gloucestrensis ecclesiæ pertinere totius synodi recordatione cognovimus, supplicandum duximus paternitati vestræ ut, confirmato quod a nobis actum est, ita prædictæ ecclesiæ foveatis justitiam, ne denuo quod injuste diu passa est detrimentum incurrat. Valeatis, etc.

DXII. *De eodem.*

A.D. 1149–1161. Of the same.

T[heobaldus], Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum primas, et Apostolicæ Sedis legatus, venerabili fratri et amico N[icholao], Landavensi episcopo, salutem.

Accepimus ex tenore litterarum vestrarum quod judicio synodi[1] Landavensis ecclesiæ, ecclesia Sancti Gundlei de Novo Burgo restituta sit etiam vestra auctoritate abbati et monachis Gloucestrensis monasterii. Nos ergo judicium illud ratum habemus, et quod inde fecistis patrocinari per omnia volumus. Si vero clavem ecclesiæ quis detineat, ut dicitur, vos ad ecclesiam illam in persona vestra accedatis, et nisi sacrilegus ille detentam clavem reddiderit, vos clavem novam nostra auctoritate faciatis, et ecclesiam aperiatis et corporalem investituram abbati Gloucestriæ, tam de ecclesia Sancti Gundlei quam de domibus et officinis et omnibus ad eam pertinentibus, absque dilatione exhibeatis. Et si quis vobis restiterit, vel abbati beneficia ecclesiæ detinuerit, vel quamlibet molestiam ei irrogaverit, vos eum ecclesiastica disciplina coerceatis, et in omnibus confidenter agatis, quia in hac re pro ecclesia Gloucestriæ per omnia vobis validum præstabimus patrocinium. Valete.

DXIII. *De eodem.*

A.D. 1156, May 16. Of the same.

Teobaldus, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, Apostolicæ Sedis legatus, venerabili fratri et amico Nicholao, Landavensi episcopo, et universis aliis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, salutem.

Visis cartis monasterii Beati Petri Gloucestriæ, et juramento multorum testium sanæ opinionis accepto super ecclesia Beati Gundlei de Novo Burgo, ex quibus cum aliquotiens f. 130 *b.* controversia in nostra præsentia inter Willelmum comitem Gloucestriæ et Hamelinum abbatem præfati monasterii super

[1] *synodi*] The third letter of this word has been erased in the MS., and the *n* is written above.

eadem ecclesia agitata fuisset, intelligentes illam ecclesiam ad jus jam dicti monasterii pertinere, consilio venerabilium nostrorum, videlicet Hillarii Cycestrensis, et Roberti Bathoniensis, et Jocelini Saresbiriensis, et Nigelli Elyensis, et Nicholai Landavensis episcoporum, prædictam ecclesiam Beati Gundlei abbati et monachis Gloucestriæ adjudicavimus. Deinde inspecta carta præfati comitis, advocati hujus ecclesiæ, qua illam ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis prædicto monasterio liberam et quietam in perpetuum concessit, et dedit, et confirmavit; ne, lapsu temporum, quod vel ante nos vel per nos super eadem ecclesia factum est, in irritum posset revocari, auctoritate qua fungimur sæpedictam ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus monasterio Gloucestriæ in elemosinam perpetuam concessimus, et præsentis scripti munimine confirmamus; et eam ita confirmatam in perpetuum esse concedimus.

Hæc autem confirmatio facta est in anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto ab Incarnatione Domini, et decimo septimo kalendas Junii. Valete.

DXIV. *De eodem.*

A.D. 1149–1183. Of the same.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, Nicholaus, Dei gratia Landavensis episcopus, salutem et benedictionem.

Noverit caritas vestra, quod concedimus, et præsenti carta confirmamus, ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ ecclesiam Sancti Gundlei de Novo Burgo cum omnibus ad eam pertinentibus. Celebrata namque synodo apud Kayrdif totius cleri, recordatione cognovimus eandem ad jus monachorum Gloucestriæ pertinere, et præcedente domini Cantuariensis mandato, et regis Henrici junioris præcepto, Hamelinum abbatem Gloucestriæ et[1] monachos suos retroactis eam temporibus possedisse legitimis testibus comprobavit, et probatam possessionem totius synodi judicio recuperavit. Volumus igitur et præcipimus ut monachi Gloucestriæ quiete possideant in perpetuum prædictam ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus. Et ne ab aliquo deinceps injuste super eadem fatigetur sub anathemate prohibemus.

[1] *et*] interlined in MS.

DXV. *De eodem.*

Nicholaus, Dei gratia Landavensis episcopus, universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, salutem et dilectionem in Domino. A.D. 1149–1179.

Quod a majoribus nostris, ratione et justitia dictante, constitutum est, hoc merito ratum habere et confirmare debemus. Unde est quod ecclesiam Sancti Gundlei de Novo Burgo, ecclesiæ Beati Petri de Gloucestria a domino et patre nostro Thcobaldo Cantuariensi archiepiscopo adjudicatam, cum omnibus pertinentiis suis, quantum ad nos spectat, concedimus. Et ut judicium hoc, cui interfuimus, et recto juris tramite factum esse non ambigimus, illibatum permaneat, memoratam ecclesiam Sancti Gundlei ecclesiæ Sancti Petri, et Hamelino abbati et monachis Gloucestriæ sigilli nostri munimine confirmamus. Valete. Of the same. f. 131.

DXVI. *De eodem.*

M,[1] Dei gratia Landavensis episcopus, omnibus parochianis suis et amicis clericis et laicis in Christo, salutem et benedictionem. A.D. 1146. Of the same.

Notum vobis facio controversiam et dissensionem, quæ inter monachos de Basselech et Picotum capellanum Sancti Gundlei de terminis parochiarum suarum habebatur, in mei præsentia terminatam et diffinitam fuisse; hac videlicet consideratione quod capella Sanctæ Gladewis quam Laudomerus super fluvium Eboth ædificavit, et omnes decimæ ab eodem fluvio usque ad fluvium Uschæ, et a terminis terræ Willelmi de Bercherola usque ad mare, et corpora omnia defunctorum ecclesiæ Sancti Gundlei libera et quieta remanent. Et illa decima quam Laudomerus ex alia parte Eboth de terra sua ecclesiæ Sancti Gundlei dederat, ecclesiæ Sancti Basilii remanet.

Testibus Abraham capellano episcopi, Urbano sacerdote, Galfrido sacerdote nepote episcopi, et magistro Johanne, etc., apud Bassalech. Et teste tota synodo apud Landaviam anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo sexto.

[1] *M.*] So in MS., but in the year 1146 Uhtrid was bishop of Llandaff.

DXVII. *De eodem.*

A.D. 1185–1191. Of the same.

Willelmus,[1] Dei gratia Landavensis episcopus, archidiaconis, decanis, personis, vicariis, et omnibus Sanctæ Ecclesiæ fidelibus in episcopatu Landavensi constitutis ad quos præsens [scriptum] pervenerit, salutem, gratiam, et benedictionem.

Noverit universitas vestra, quod Willelmus de Bendenges, custos castelli de Novo Burgo constitutus, contempto jure matricis ecclesiæ de Novo Burgo, a qua capella castelli ab ipsa fundatione servitium suum percipere consueverat, ipsam capellam per proprium capellanum fecit deserviri, reclamantibus monachis Gloucestriæ, et Helya decano, qui eorum nomine ecclesiam de Novo Burgo possidebat, et id in præjudicium matricis ecclesiæ fieri conquerentibus. Super quo cum monachi sæpius a nobis justitiam postulassent, et etiam litteras[2] domini B[aldwini] Cantuariensis archiepiscopi de justitia sibi exhibenda detulissent, tandem memoratus Willelmus de Bendenges, assertione et testimonio fidelium virorum de jure monachorum certioratus, præscriptam capellam solenniter in capitulo apud Striguillium in manu domini T[homæ] tunc abbatis Gloucestriæ in nostra præsentia liberam et quietam reddidit, salvo servitio quod matrix ecclesia prædecessorum suorum constabulariorum temporibus prædictæ capellæ facere consuevit.[3]

Et ne tractu temporis quod in nostra et aliorum præsentia solenniter actum est in recidivam veniat quæstionem, nos rei seriem præsenti scripto testificantes, et sigilli nostri appositione roborantes, ut futuris temporibus rata perseveret, episcopali auctoritate confirmamus.

DXVIII. *De eodem.*

A.D. 1149–1161. Of the same. f. 131 *b.*

Venerabili domino et patri suo carissimo T[heobaldo], Cantuariensi Dei gratia archiepiscopo, Anglorum primati, et Apostolicæ Sedis legato, N[icholaus], Landavensis ecclesiæ minister, salutem et debitam cum omni devotione obedientiam.

Noverit paternitas vestra Johannem, Dunewaldum, et Uganum, Gilebertum, et Jacobum, Uganum, et Ruelen, quos

---

[1] *Willelmus*] M. only in MS. This charter, it will be seen, is a repetition of No. DIII. (*ante*, p. 48), with unimportant variations.

[2] *litteras*] litteris, MS.

[3] *facere consuevit*] In the MS. the order of these words is inverted.

abbas Gloucestriæ in causa super ecclesia de Novo Burgo testes produxit in præsentia nostra, boni testimonii viros, et comprovincialium suorum judicio tales esse qui merito debeant in testimonium veritatis admitti, siquidem quatuor ex ipsis, Johannem scilicet, et Dunewaldum, Gilebertum, et Uganum, ad sacros ordines canonice promotos fuisse, et a die ordinationis suæ in officio sacerdotali usque nunc irreprehensibiliter ministrasse, alios vero tres dies suos innocenter et sine querela duxisse cognovimus. Testimonium autem eorum non solum fama consentiens roborat, verum etiam et nos ab aliis legitimis viris qui in præsenti vita adhuc supersunt necnon et ab aliis qui jam universæ carnis viam ingressi sunt. Idem quod ipsi asserunt se vidisse dudum accepimus, cum ecclesia Gloucestriæ motam sæpius diebus prædecessorum meorum super prædicta ecclesia controversiam suscitaret. Extant et alii, tam de hominibus comitis Gloucestriæ quam de alienis, qui veritatem abscondunt malivolentiam ipsius incurrere metuentes, sed ad eam testificandam, si necesse fuerit abbati, vestra poterunt si placet auctoritate compelli. Valete.

DXIX. *De eodem.*

Notum sit omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, quod cum inter dominum Landavensem episcopum et dominum abbatem et conventum Gloucestriæ, auctoritate litterarum Summi Pontificis, coram domino episcopo Herefordensi et decano et præcentore Herefordensibus, super multiplici inquisitione ecclesiæ de Novo Burgo, quam dicti abbas et conventus prænominatæ ecclesiæ ab episcopo factam esse proponebant, controversia moveretur; tandem inter ipsos hoc modo amicabiliter conquievit, videlicet quod episcopus Landavensis, cum ad ecclesiam de Novo Burgo, cum moderato evectionis numero, prout in Lateranensi concilio continetur, in propria persona causa visitationis accesserit, competentem ab eadem ecclesia procurationem percipiet. Cum etiam urgente necessitate ecclesiæ Landavensis episcopus communiter a cæteris ecclesiis suæ dyœcesis auxilium postulabit, dicta ecclesia de Novo Burgo moderatum ei, juxta formam Lateranensis concilii, conferet auxilium. Idem etiam episcopus clericos idoneos quos dicti abbas et conventus ad custodiam ecclesiæ de Novo Burgo ei pro tempore præsentabunt,[1] sine difficultate admittet. Quæstio

A.D. 1204, May 11. Of the same.

f. 132.

[1] *præsentabunt*] Before this word there is a slight erasure in the MS.

etiam super damnis occasione prædictæ ecclesiæ hinc inde illatis mutua compensatione est sublata.

Et ut hæc compositio rata et firma permaneat, mutuis partim sigillis confirmata est.

Facta est hæc compositio anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo quarto, quinto idus Maii, in ecclesia de Herefordia.

DXX. *De eodem.*

A.D. 1204, May 11. Of the same.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, Æ[gidius],[1] divina permissione Herefordensis ecclesiæ minister, H[ugo][2] decanus et W[illelmus][3] præcentor ejusdem ecclesiæ, salutem in salutis Auctore.

Notum facimus universitati vestræ, quod inter dominum Landavensem episcopum et abbatem et conventum Gloucestriæ, auctoritate litterarum domini Papæ, coram nobis super multiplici inquietatione ecclesiæ de Novo Burgo, quam prædicti abbas et conventus prænominatæ ecclesiæ ab eodem episcopo factam esse proponebant, controversia verteretur; tandem inter ipsos hoc modo amicabiliter conquievit, videlicet quod episcopus Landavensis, cum ad ecclesiam de Novo Burgo cum moderato evectionis numero, prout in Lateranensi concilio continetur, in propria persona causa visitationis accesserit, competentem ab eadem ecclesia procurationem percipiet. Cum etiam urgente necessitate ecclesiæ Landavensis episcopus communiter a cæteris ecclesiis suæ diœcesis auxilium postulaverit, dicta ecclesia de Novo Burgo moderatum ei, juxta formam Lateranensis concilii, conferet auxilium. Idem etiam episcopus clericos idoneos quos dicti abbas et conventus ad custodiam ecclesiæ de Novo Burgo ei pro tempore præsentabunt, sine difficultate admittet. Quæstio etiam super damnis occasione prædictæ ecclesiæ hinc inde illatis mutua compensatione est sublata.

Facta est autem hæc compositio anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo quarto, quinto idus Maii, in ecclesia Sancti Ethelberti Herefordiæ.

Quam quia perpetuæ firmitatem stabilitatis volumus obtinere, præsenti scripto sigillis nostris appositis confirmare curavimus.

[1] Giles de Braose, or Brewse (Leneve, vol. i. p. 458).

[2] Hugh de Breusa, or Hugh de Mapenore.

[3] Most probably William Foliot.

DXXI. *De eodem.*

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus,[1] divina miseratione Landavensis episcopus, æternam in Domino salutem. A.D. 1185–1191. Of the same.

Ex injuncti nobis officii sollicitudine tenemur ea, quæ viris religiosis pia fidelium largitione collata dinoscuntur, auctoritate episcopali roborare et communire; inde est quod nos, sinceram religionem quæ in ecclesia Beati Petri Gloucestriæ florere cognoscitur attendentes, ecclesias et ecclesiastica bona monachis Gloucestriæ in nostra diœcesi assignata sub nostra suscepimus protectione. Et quia in Lateranensi concilio inhibitum dinoscitur ne viri religiosi ecclesiarum augeant pensiones præter gratiam et licentiam episcopalem, ut caritatis beneficia quæ in præscripta ecclesia Beati Petri Gloucestriæ florere consueverunt abundantius ad honorem Dei possint dilatari, memoratis monachis Gloucestriæ auctoritate episcopali indulsimus, ut ecclesias de Novo Burgo in usus proprios convertere possint; salva in omnibus Landavensis ecclesiæ dignitate, et vicariorum in eisdem ecclesiis ministrantium honesta sustentatione. f. 132 *b.*

Et ut hæc nostra concessio inconcussa permaneat, eandem præsentis scripti serie et sigilli nostri appositione duximus roborandam.

DXXII. *De eodem.*

Henricus, Dei gratia Landavensis ecclesiæ minister humilis, universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in Domino. A.D. 1193–1218. Of the same.

Ad universitatis vestræ notitiam cupimus devenire, quod nos concessionem et indulgentiam quam bonæ memoriæ Willelmus prædecessor noster fecit dilectis abbati et conventui Gloucestriæ super pensione ecclesiarum de Novo Burgo augenda, et eisdem in proprios usus convertendis, gratam et ratam habemus. Attendentes insuper honestam conversationem dilectorum abbatis et conventus Gloucestriæ, intuitu pietatis dilatandæque hospitalitatis de nostro adicientes, omnes ecclesias quas memorati abbas et conventus in dyœcesi nostra habere noscuntur sub protectione nostra suscepimus in usus proprios cum vacaverint, convertere, prout melius sibi viderint expe-

[1] William of Saltmarsh.

dire. Concessimus et episcopali auctoritate sub præsentis scripti testimonio et sigilli nostri impressione confirmavimus, salva in omnibus Landavensis ecclesiæ dignitate, et vicariorum in eis ministrantium honestas sustentationes. Hiis testibus.

DXXIII. *De eodem.*

A.D. 1219–1230. Of the same.

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus, Dei gratia Landavensis episcopus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod nos, divinæ pietatis intuitu, [assensu] totius capituli nostri, juxta tenorem cartæ venerabilis prædecessoris nostri Henrici quondam Landavensis episcopi, quam inspeximus, ecclesiam Sancti Gundlei de Novo Burgo, cum capellis, terris, decimis, proventibus, et omnibus ad eandem pertinentibus, dilectis filiis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ concessimus et confirmavimus[1]; habendam et possidendam libere, quiete, et pacifice, in proprios usus in perpetuum; salvo in omnibus jure Landavensis ecclesiæ, et salva competenti vicaria.

Quod quia, etc.

DXXIV. *De eodem.*

A.D. 1219–1230. Of the same. f. 133.

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus, Dei gratia Landavensis ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos, divinæ pietatis intuitu, juxta tenorem cartæ venerabilis prædecessoris nostri Henrici quondam Landavensis episcopi, confirmasse dilectis filiis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ omnes ecclesias quas in dyœcesi nostra habere noscuntur, convertendas in proprios usus cum eas vacare contigerit, et possidendas libere, quiete, et pacifice, cum capellis, terris, decimis, et omnibus aliis pertinentiis suis; salvo in omnibus jure Landavensis ecclesiæ, et salvis competentibus vicariis in eisdem.

Quod quia ratum esse volumus, præsens scriptum sigillo nostro munitum eis tradidimus.

---

[1] *confirmavimus*] The *vi* in this word is interlined in the MS.

DXXV. *De eodem.*

Omnibus Christi fidelibus præsentes litteras audituris, frater Johannes,[1] divina miseratione Landavensis ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino sempiternam. A.D. 1255, July 19. Of the same.

Noveritis quod cum abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ, rectores ecclesiæ Sancti Gundlei de Novo Burgo ex parte una, et Andream de Gloucestria capellanum ab eisdem abbate et conventu ad vicariam dictæ ecclesiæ taxandam præsentatum, peremptorie citari faceremus quod coram nobis comparerent apud Novum Burgum audituri et recepturi justam ordinationem et taxationem portionum[2] suarum in dicta ecclesia, ita quod extunc sciri posset qui eorum onera dictæ ecclesiæ sustinere deberent, et quæ portio ad rectoriam, et quæ ad vicariam pertineret. Tandem ipsis coram nobis legitime comparentibus, de consensu partium earundem expresso, in hunc modum dictarum portionum separationem et dictæ vicariæ taxationem ordinavimus, videlicet quod dicti abbas et conventus nomine rectoriæ perciperent omnes decimas garbarum et fœni, redditum etiam totum infra burgum et extra. Habebunt etiam totam terram, totum pratum, exceptis duabus acris quæ ad portionem vicarii pertinebunt, et curiam ad dictam ecclesiam pertinentem. Vicarius autem nomine vicariæ percipiet lac, lanam, linum, agnos, oblationes, et cæteras omnes minutas decimas, et duas acras de prato prædicto, et totam decimam fœni apud Hendervaur. Et quia major portio dictæ ecclesiæ consistit in oblationibus et decimis minoribus, vicarius, qui pro tempore fuerit, annuatim solvet dictis abbati et conventui incrementum portionis eorum duas marcas ad duos anni terminos, videlicet ad Pascha unam marcam, et aliam ad festivitatem Beati Michaelis. Et idem vicarius omnia onera ordinaria sustinebit, et habebit curiam juxta curiam domini abbatis ex parte australi.

Nos vero dictam ordinationem seu taxationem ratam f. 133 *b.* habentes, eam auctoritate pontificali confirmamus.

In cujus rei testimonium hoc præsens scriptum in modum cyrographi inter eos confectum est, cujus una pars, sigillo nostro et sigillo dicti[3] vicarii signata, residet penes dictos abba-

---

[1] John de la Ware.

[2] In the margin here is inserted in a later hand *Compositio vicarii.*

[3] *abbatis et conventus residet penes* is inserted in the MS. after *dicti*, but with the sign of erasure, and the last letter of *dicti* is written upon an erasure.

tem et conventum; altera vero pars, sigillo nostro et sigillo dictorum abbatis et conventus [signata], residet penes dictum vicarium.

Datum apud Gloucestriam in vigilia Beatæ Margaretæ Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

DXXVI. *De eodem.*

A.D. 1139–1161. Of the same.

T[heobaldus],[1] Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum primas, universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, salutem.

Pœnitentibus, et peccata confessis, et ecclesiam Dei devote venerantibus, pietatis instinctu admonemur misericordiæ solatium retribuere, et indulgentiæ remedium compensare; inde est quod omnibus Christianis, qui devotionis intuitu ecclesiam Sancti Gundlei de Novo Burgo requisierint, et in aliquo beneficio pro Dei amore et animarum suarum salute eam honoraverint, quindecim dierum indulgentiam de pœnitentia sua facimus,[2] et omnium orationum ac beneficiorum Cantuariensis ecclesiæ eos perpetuo participes constituimus. Valete.

DXXVII. *De eodem.*

A.D. 1239. Of the same.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, abbas de Evesham, et prior de Peresora, et decanus de Dumbelthone, Wygorniensis dyœcesis, salutem in Domino sempiternam.

Mandatum domini Papæ in hæc verba suscepimus.

Gregorius[3] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati de Evesham, priori de Peresora, et decano de Dumbeltone, Wygorniensis diœcesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Querelam abbatis et conventus Sancti Petri de Glovernia recepimus, continentem quod prior et conventus Montis Acuti Cluniacensis ordinis, R. miles, et quidam alii clerici et laici Bathoniæ [et] Sarebiriensis diœcesium, super decimis, possessionibus, redditibus, et rebus aliis, injuriantur eisdem. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram

[1] Most probably this archbishop, judging from the tenor of the preceding charters.

[2] After *facimus* there is a slight erasure in the MS.

[3] Gregory IX.

ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem, cessante appellatione, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Datum Reate, ii. nonas Aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

Hujus igitur auctoritate mandati abbatem et conventum de Glovcestria,[1] et priorem et conventum Montis Acuti, et priorem de Malo Passu, ad judicium vocavimus. Et cum coram nobis et collegis nostris diutius esset altercatum super decimis de Mendelgif, et rebus aliis ad ecclesiam de Novo Burgo ab antiquo spectantibus, lis mota tandem inter partes sub hac pacis forma conquievit, videlicet quod dictus abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ pacifice et plenarie perciperent, vel eorum assignati, omnes decimas de Mendelgif, et de omnibus rebus ab antiquo spectantibus ad ecclesiam de Novo Burgo, absque omni impedimento et vexatione. Judices autem de consensu partium reservaverunt sibi jurisdictionem compellendi partes ad prædictam pacem fideliter observandam. Renunciaverunt etiam partes omni liti motæ vel movendæ coram quibuscunque judicibus impetratis vel impetrandis ratione et occasione dictarum decimarum ad dictam ecclesiam pertinentium. Nos quidem auctoritate domini Papæ, qua fungimur, hanc formam pacis præsenti scripto in modum cyrographi confecto confirmamus, et eam decrevimus in perpetuum fore valituram. f. 134.

In cujus rei testimonium sigilla nostra una cum sigillis partium de consensu earundem apposuimus.

Facta fuit vero hæc dicta compositio anno gratiæ millesimo ducentesimo tricesimo nono, domino Henrico Foleth tunc abbate Gloucestriæ.

DXXVIII. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Waltero Wrgan decem acras et dimidiam terræ arabilis quas Wrgan pater ipsius de nobis aliquando tenuit infra limites parochiæ Sanctæ Brigidæ juxta Novum Burgum; habendas et tenendas de nobis et successoribus nostris ad vitam suam, et[2] ad vitam Johannæ uxoris suæ tantum, si eum A.D. 1263–1284. Of the same.

Glovcestria] The *o* in this word is written upon an erasure.

[2] *et*] repeated in MS.

supervixerit, et post ejus decessum continens fuerit, salvo tamen cujusque jure quoad dictam terram.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris quinque solidos argenti ad le hokedai, et duas aucas in festo Sancti Michaelis; et faciendo inde omnes nobis consuetudines, sectas, et servitia, de dicta terra nobis prius debita et consueta. Idem vero Walterus et Johanna uxor ejus juramentum nobis præstiterunt quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie ad terminos statutos, et quod nec artem nec ingenium exquirent, etc. Et quod præfatam terram nulli sub aliqualis forma conventionis tra-
f. 134 *b.* dent, sine assensu et voluntate nostra. Post decessum autem præfatorum Walteri et Johannæ terra præfata cum omnibus pertinentiis, etc.

DXXIX. *De Sancto Oswaldo.*

Of St. Oswald's.

Notum sit omnibus præsentibus et futuris,[1] quod ego Thomas, Dei gratia abbas et conventus monasterii Sancti Petri Gloucestriæ, ad dirimendam controversiam quæ orta est inter nos et Radulphum priorem et ecclesiam Beati Oswaldi super terra quam Rogerus Fullo tenebat de nobis in liberum maritagium juxta Sabrinam, et quam emeramus ab eodem Rogero, concessimus et confirmavimus memorato Radulpho et eidem ecclesiæ præfatam terram eodem pretio quo eam emimus, scilicet pro septem marcis in perpetuum, salvo patronatu nostro, et censu nostro annuo, scilicet sex denariorum. Et quia eadem terra de jure parochiali pertinet ad ecclesiam Beatæ Mariæ ante portam, si contigerit parochianum inde amoveri, restituetur prædictæ ecclesiæ Beatæ Mariæ alius parochianus. Supradictam autem terram debemus warantizare memoratæ ecclesiæ Beati Oswaldi contra omnes calumnias.

Hiis testibus.

Et in testimonium actæ rei, unam partem divisi inter nos cyrographi, appenso sigillo monasterii nostri, et sigillo Willelmi filii Stephani tunc vicecomitis, in ecclesia Beati Oswaldi contradidimus. Alteram partem, appenso sigillo memorati prioris[2] Radulphi et simul sigillo præfati vicecomitis, penes nos retinuimus, etc.

---

[1] *futuris*] The second letter of this word is written upon an erasure.

[2] *prioris*] repeated in MS.

DXXX. *De eodem.*

Thomas, Dei gratia Eboracensis archiepiscopus, omnibus Christianæ fidei cultoribus, salutem. A.D. 1109–1114.

Sciatis me concessisse ecclesiæ Sancti Petri in Gloucestria donum quod venerabilis archiepiscopus Eboracensis Thomas avunculus meus, et Girardus archiepiscopus ecclesiæ ejusdem concesserunt eidem ecclesiæ; terram videlicet Sancti Oswaldi super quam murum fecerant fratres ecclesiæ Sancti Petri; et pro illa terra escambium dedit abbas Petrus per consensum capituli sui ecclesiæ Sancti Oswaldi, etc. Of the same.

DXXXI. *Ollinggewyke.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Thomas, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus, tenendam in perpetuum, ecclesiæ Sanctorum Petri et Pauli et Sancti Guthlaci Herefordiæ, unam acram terræ nostræ de Ollingewike jacentem subtus portam de Hope, scilicet terræ prioris Herefordiæ inter viam regalem et rivulum ad caput ipsius acræ quam Walterus Giffardus dedit eidem ecclesiæ anno millesimo centesimo octogesimo octavo. Of Ollinggewyke.

In cujus rei testimonium, susceptis a prædicto priori viginti solidis quos ab hospitalario in transactione facta inter eos super ecclesia de Suthtuna ad emendum redditum duodecim denariorum accepit, præsens ei scriptum sub sigillo ecclesiæ nostræ, diviso inter nos cyrographo, tradidimus, etc. f. 135.

DXXXII. *De eodem.*[1]

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concedimus et confirmamus Philippo filio Roberti molendinarii et hæredibus suis terram nostram in Oxeneforde quam idem Philippus tenuit de Rogero de Wottone sibi et hæredibus suis. Of Oxford.

Reddendo inde annuatim decem solidos, videlicet prædicto Rogero et hæredibus suis duodecim denarios, nobis autem et domui nostræ novem solidos annuos. Nos autem, communi consilio et assensu, remisimus prædicto Philippo et hæredibus

[1] *eodem*] This should be *Oxeneforde*.

suis septem solidos de illis novem solidis quos prænominavimus, ita quod prædictus Philippus et hæredes sui de prædicta terra nobis et domui nostræ tantum duos solidos pro omni servitio annuatim ad festum Sancti Michaelis persolvent. Prædictus vero Philippus dedit nobis septem marcas argenti ad emendum alibi redditum septem solidorum.

In hujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confecimus; cujus unam[1] partem, sigillo ecclesiæ nostræ roboratam, prædicto Philippo tradidimus; alteram vero partem, sigillo ejusdem Philippi munitam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DXXXIII. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus, et præsenti carta confirmavimus, Philippo filio Roberti molendinarii et hæredibus suis terram nostram in Oxeneforde quam idem Philippus emit sibi et hæredibus suis de Rogero de Wottone; salvis nobis novem solidis ad quos annuatim solvendos dictus Philippus et hæredes sui pro eadem terra nobis tenebantur. Nos vero prædictos novem solidos ei et hæredibus suis remisimus usque ad unam libram cimini, pro novem marcis quas nobis præ manibus dedit ad emendum alibi redditum novem solidorum. Prædictus autem Philippus et hæredes sui prædictam libram cimini singulis annis nobis persolvent ad festum Sancti Michaelis pro omni servitio ad nos et domum nostram pertinente.[2] Idem vero Philippus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de solvenda prædicta libra cimini singulis annis ad statutum terminum, et quod nec artem nec ingenium per se nec per alium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat.

In hujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confecimus, cujus unam[3] partem, sigillo ecclesiæ nostræ roboratam, prædicto Philippo tradidimus, alteram vero partem, sigillo ejusdem Philippi munitam, penes nos retinuimus.

DXXXIV. *De Overe.*

Of Overe. f. 135 *b.*

Omnibus Christi fidelibus, Mabilia quondam uxor Galfridi de Westone, salutem in Domino.

---

[1] *unam*] alteram, MS.
[2] *pertinente*] pertinere, MS.
[3] *unam*] alteram, MS.

Noveritis me, in ligia viduitate et plena potestate mea, concessisse, remisisse, et quiete clamasse domino Johanni, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totum jus meum et clamium quod habui, vel ratione dotis habendæ habere potui, et per breve domini regis versus eosdem clamavi petendo ab eisdem dotem totius tenementi cum pertinentiis suis quod præfatus Galfridus quondam tenuit in Overe; ita quod iidem abbas et conventus penitus sint quieti et soluti ab omnimodo jure et clamio ad me inde pertinentibus.

Et ne quid in contrarium eisdem obesse vel mihi prodesse poterit, præsens scriptum eisdem feci sigillo meo sigillatum. Hiis testibus.

DXXXV. *De Overe.*

A.D. 1252–1263. Of the same.

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Johannes, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod nos, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, concessimus et tradidimus Roberto le Wyse quandam terram quam Galfridus de Westone aliquando tenuit in villa nostra de Overe, scilicet tres acras terræ arabilis et unam acram prati cum uno mesuagio et suis pertinentiis; tenendam et habendam prædictam terram de nobis sibi et Agneti uxori ejus, quæ fuit filia Radulphi le Proest sellarii, et Roberto primogenito filio eorum.

Reddendo nobis inde annuatim duos solidos et sex denarios argenti pro omni servitio et sæculari demanda ad nos pertinente, videlicet medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis; salvis nobis sequelis curiæ nostræ de Hynehamme cum liberis hominibus nostris ab eisdem faciendis. Quando vero dictus Robertus dictam terram a nobis recepit, ædificium superpositum appretiatum fuit decem marcas argenti, quod quidem ædificium tam ipse quam dicta Agnes uxor ejus, et Robertus filius eorum, successive in eodem pretio sine aliquo detrimento sustinebunt. Post decessum vero ipsorum dicta terra, cum ædificio de pretio prædicto decem marcarum, et omnibus suis pertinentiis, et omni melioratione superposita, ad nos libere revertetur. Pro hac autem concessione et traditione nostra dictus Robertus le Wyse dedit nobis præ manibus xxv. marcas argenti.

In cujus rei, etc.

DXXXVI. *De eodem.*

Of the same. f. 136.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterus filius Roberti de Herefordia dedi et concessi, et præsenti carta mea confirmavi, domino abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ totam terram cum pratis et omnibus aliis pertinentiis quam ego tenui de Philippo filio Galfridi de Lillethone, et de Galfrido filio ejusdem Philippi; tenendam et habendam in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis, sicut ego unquam melius et liberius tenui, sine aliquo retenemento[1] ad opus meum vel hæredum meorum.

Et ut hæc mea donatio et cartæ meæ confirmatio, etc.

DXXXVII. *De eodem.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Waltero Beaupere et Aliciæ de Brommesberewe uxori ipsius, et seniori filio eorum qui eos supervixerit de eorum corpore legitime procreato, unam virgatam terræ cum pertinentiis in manerio nostro de Hynehamme, excepta una acra et dimidia prati quas Willelmus Pippe de nobis tenuit, scilicet dimidiam virgatam terræ quam Reginaldus Pally aliquando de nobis tenuit, et aliam dimidiam quam Willelmus Pippe de nobis tenuit; habendam et tenendam dictam virgatam terræ cum pertinentiis suis, de nobis et successoribus nostris,[2] ad vitam prædictorum Walteri et Aliciæ, et eorum filii senioris qui eos supervixerit tantum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, pro dimidia virgata terræ quam Reginaldus Palli aliquando tenuit, decem solidos ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum Beati Michaelis duos solidos et sex denarios, et ad festum Beati Andreæ duos solidos et sex denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ duos solidos et sex denarios, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ duos solidos et sex denarios; et pro dimidia virgata terræ quam Willelmus Pippe tenuit tresdecim solidos, ad Advincula Sancti Petri, et ad festum Sancti Michaelis duos solidos de auxilio. Dicti etiam Walterus et Alicia auxilium nobis dabunt ad festum Sancti Michaelis pro dimidia virgata terræ quam Reginaldus Pally tenuit cum

[1] *retenemento*] The sixth letter of this word is written upon an erasure.

[2] *nostris*] suis, MS.

aliis hominibus nostris quantum pertinet ad tantam in manerio prædicto; et curiam nostram de Hinehamme cum aliis hominibus nostris sequentur, et omnia forinseca servitia de dicta terra quibuscunque facient debita. Et insuper juramentum nobis præstiterunt, etc. Post discessum vero dictorum Walteri et Aliciæ, ac eorum filii senioris, ut supradictum est, dicta terra cum omnibus suis pertinentiis, et[1] cum omni meliratione superposita, ad nos vel successores nostros plenarie, et absque contradictione quorumcunque, revertetur. Pro hac autem concessione et traditione dederunt nobis prædicti Walterus et Alicia decem marcas sterlingorum præ manibus.

In cujus rei testimonium, etc.

DXXXVIII. *Osleworthe.*

Of Osleworthe. f. 136 *b.*

Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod ego Rogerus de Berkelay, pro salute animæ meæ, et patris mei, et antecessorum meorum, concessi, et hac carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Beati Petri, et monachis Gloucestriæ[2] ecclesiam de Olesworthe, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam et perpetuam elemosinam, sicut pater meus et antecessores mei eam dederunt et concesserunt eisdem monachis, prout in cartis eorundem antecessorum meorum continetur.

Et ut hoc ratum sit, præsenti scripto sigillum meum apposui, etc.

DXXXIX. *De protectione; carta regis.*

A.D. 1227, March 23. Charter of protection.

Henricus,[3] Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Noveritis nos suscepisse in manum, custodiam, et protectionem nostram abbatem et monachos ecclesiæ Sancti Petri

---

[1] *cum omnibus suis pertinentiis, et*] repeated in MS.

[2] In the margin here is inserted in a later hand, *Stanley*.

[3] The inrolment of this instrument is to be found upon the Charter Roll of 11 Henry III. (part 1, m. 11), but the date there given is March 22.

Gloucestriæ, et homines suos, terras, res, redditus, et omnes possessiones suas; et ideo vobis mandamus quod prædictos abbatem et monachos, et homines suos, terras, res, redditus, et omnes possessiones suas manuteneatis, protegatis, et defendatis, nullam eis inferentes aut inferri permittentes injuriam, molestiam, damnum, aut gravamen. Et si quid eis fuerit forisfactum, id eis sine dilatione facias emendari.

Hiis testibus, J[ocelino] Bathoniensi, R[icardo] Saresbiriensi episcopis, H[uberto] de Burgo comite Cantiæ, justiciario nostro, Radulpho filio Nicholai, Ricardo de Argentem, senescallis nostris, Henrico de Capella, et aliis.

Datum per manum venerabilis R[adulphi] Cycestrensis episcopi cancellarii nostri, apud Westmonasterium, vicesimo tertio die Martii, anno regni nostri undecimo.

DXL. *De eodem.*

A.D. 1148–1154. Of the same.

Stephanus, rex Angliæ, omnibus justiciariis, et vicecomitibus, et baronibus, et ministris, et fidelibus suis totius Angliæ, salutem.

Sciatis quod[1] Hamelinus abbas Gloucestriæ et omnia sua sunt in meo salvo conductu, et in mea firma pace: quare volo et præcipio quod ipse et omnia sua et omnes sui habeant salvum ire et stare et redire per totam pacem meam. Et nullus super hoc eum vel res suas injuste disturbet, etc.

DXLI. *De protectione G. comitis Gloecestriæ.*

Of the same.

G. de Clare, comes Gloecestriæ[2] et Herthfordiæ, senescallo suo et forestariis suis et cæteris ballivis suis de honore Gloucestriæ, salutem.

f. 137.

Sciatis nos suscepisse in protectionem nostram abbatem et monachos Gloucestriæ, et homines suos; et omnia sua quæ habent in feodo nostro. Et ideo vobis mandamus ne sibi vel suis in aliquo molestiam aliquam inferatis, aut gravamen, nec inferri permittatis contra justitiam, nec contra tenorem cartæ quam de nobis habent. Et in hujus rei testimonium has[3] litteras nostras eis fecimus, etc.

---

[1] *quod*] quia, MS.

[2] *omnibus baronibus et ballivis suis de Anglia* is inserted in the MS. before *et*, but with the sign of erasure.

[3] *has*] haas, MS.

DXLII. *De eodem.*

Of the same.

G.[1] comes de Mellent, omnibus ballivis et ministris suis de Wyrecestresira, et præpositis et ministris suis de Wyche, salutem.

Præcipio quod totum dominium monachorum de Gloucestria, unde homines eorum poterunt affidare suum esse proprium, sit quietum ab omni theloneo et consuetudine apud Wyche, sicut melius fuit tempore Henrici regis. Et super hoc non disturbentur homines aut res eorum super forisfacturam meam.

Testibus Alberico de Vere, et Roberto filio Walteri, et Radulpho Pincerna, et Philippo de Belmes, etc.

DXLIII.

A.D. 1198. Of the same.

Omnibus[2] Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Johannes, Dei gratia Wygorniensis episcopus, salutem in Domino.

Adeo nostris temporibus sæva malignandi cupiditas excrevit, ut[3] ea quæ bene gesta sunt et disposita vix inconcussa subsistere, vel debita queant tranquillitate gaudere. Eapropter, ad reprimendam omnium temeritatem et malitiam, circumspecta sanctorum patrum discretio religiosorum paci et tranquillitati[4] volens providere, ipsos sub prælatorum suorum protectione suscipiendos et bona sua illorum auctoritate statuit esse confirmanda. Dilectorum igitur in Christo filiorum Thomæ abbatis et monachorum Sancti Petri Gloucestriæ justis petitionibus concurrentes grato assensu, ut qui religionis et ordinis observantia noscuntur enitere cultui divino et orationibus liberius[5] vacare possint et quietius, ipsos sub protectione nostra suscipimus, et ecclesias, terras,[6] decimas, et omnia bona quæ a retroactis temporibus in diœcesi nostra ex dono regum, largitione principum, vel oblatione fidelium, vel quibuscun-

[1] Against this charter *vac'* is written very faintly in the margin.

[2] This, it will be seen, is a repetition of the second of the two charters set out in a confirmation of Silvester bishop of Worcester (*ante*, vol. i. p. 229). There are variations, and a date is supplied.

[3] *ut*] in, MS.

[4] *tranquillitati*] The last letter of this word is written upon an erasure.

[5] *liberius*] After this word there is a slight erasure in the MS.

[6] *terras*] After this word there is a slight erasure in the MS.

que aliis justis modis adepti sunt, et usque ad[1] hæc tempora pacifice possederunt, eis auctoritate nostra confirmamus in perpetuum possidenda, et præsentis scripti serie sigillique nostri appositione declaramus confirmata. Statuentes et districtius inhibentes ut nullus eos deinceps super hiis temere audeat molestare.

Datum anno gratiæ millesimo centesimo nonagesimo octavo, etc.

DXLIV. *Piscaria de Dunye.*

A.D. 1154–1189. Of the fishery of Dunye.

Henricus,[2] dux Normanniæ et comes Andegaviæ, omnibus episcopis, comitibus, baronibus, atque ministris suis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse donationem Rogerii comitis Herefordiæ de piscaria de Dunye, quam idem comes dedit et reddidit Deo et Sancto Petro et monachis Gloucestriæ, quæ de jure ejusdem ecclesiæ fuerat, sicut carta comitis testatur. f. 137 *b.*

Hanc igitur donationem.[3]

DXLV. *De piscariis atque libertatibus.*

A.D. 1154–1189. Of liberties of fishing.

Henricus,[4] rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, justiciariis et vicecomitibus et ministris suis de Gloucestresyra,[5] salutem.

Præcipio quod abbas et monachi Gloucestriæ habeant hanc libertatem et dominationem in omnibus aquis suis, tam in Savernia,[6] quam in aliis, ut nullus in eis, sine licentia eorum,[7] piscari præsumat. Et concedo eisdem monachis sturionem totum quem in piscariis suis capi contigerit. Et prohibeo ne quis eis inde injuriam faciat, sub[8] decem libris forisfacturæ.

Teste[9] T[homa] cancellario apud Gloucestriam.

---

[1] *pti sun* is inserted in the MS. before *hæc*, but with the sign of erasure; and there are also slight erasures both before and after the fragment.

[2] This, it will be seen, is a repetition of No. CXCI. (*ante*, vol. i. p. 259).

[3] This clause is obviously incomplete.

[4] This, it will be seen, is a repetition of No. IX. (*ante*, vol. i. p. 155). Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register A, from which the collation is derived.

[5] *Gloucestresyra*] Gloucestreschira, Reg. A.

[6] *Savernia*] Saverna, Reg. A.

[7] *eorum*] illorum, Reg. A.

[8] *sub*] super, Reg. A.

[9] *Teste*] omit. Reg. A.

DXLVI. *De piscaria de Bromptone.*

A.D. 1154–1189. Of the fishery of Brampton.

Henricus,[1] rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, R.[2] comiti Herefordiæ et omnibus ministris suis Gloucestriæ et Herefordiæ, salutem.

Præcipio quod permittatis abbatem et monachos Gloucestriæ facere et habere, bene, et in pace, et juste, piscariam suam de Bramptona[3] in eodem loco ubi[4] fuit tempore regis Henrici avi mei; nec inde eos disturbetis, nec aliquam eis injuriam vel contumeliam faciatis.

Teste Reg[inaldo] comite Cornubiæ apud Notingham.

DXLVII. *De Sancto Paterno.*

A.D. 1115–1147. Of St. Paternus.

Sciant[5] omnes ad quos præsens carta pervenerit, quod ego Gilbertus filius Ricardi, pro salute animæ domini mei regis Henrici, atque animæ meæ, et parentum meorum, dedi et firmiter concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Deo, et monasterio Beati Petri Gloucestriæ, ad prioratum construendum apud Sanctum Paternum in Sub Wallia, ecclesiam Sancti Paterni, et omnia quæ ad eam pertinent inter divisiones maris et duarum aquarum, sicut perambulavimus; et insuper medietatem magnæ piscaturæ, cum aliis piscariis, aquis, molendinis, pratis, atque pasturis, boscis, et silvis, atque omnibus aliis rebus ad dictam ecclesiam pertinentibus, in puram et perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina melius et liberius dari vel teneri potest; nihil mihi vel meis successoribus retinendo, nisi tantum orationes a monachis in dicto prioratu Deo servientibus. Concedo etiam omnes decimas de omnibus capellis pertinentibus ad Sanctum Paternum, et etiam oblationes quæ deferuntur ad altare capellæ meæ in castello[6] meo. Absque ergo ulla consuetudine et demanda possideant perpetualiter prior et monachi de Sancto Paterno terram quæ

---

[1] Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register A, from which the collation is derived.

[2] *R.*] E., Reg. A.

[3] *Bramptona*] Brantona, Reg. A.

[4] *ubi*] ut, Reg. A.

[5] The period to which I have assigned this charter (A.D. 1115–1147) is that of Bernard, bishop of St. David's, the only witness specified; but in the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 106) this grant is said to have been made in the year 1111.

[6] *castello*] In the MS. the *s* in this word has been inserted subsequently.

est inter Radian et Clarach, a mari usque fossatum Sancti Paterni, et sic deorsum per terram quæ vocata est terra
f. 138. Wymundi de Sancto Audoeno usque in Clarath, et totam aquam quæ est inter me et[1] dictos monachos ad piscandum.

Do etiam eisdem ecclesiam de Cardigan[2] cum omnibus pertinentiis suis.

Omnes istas donationes ego et mei successores perpetuo defendemus contra omnes gentes sigillo meo huic cartæ meæ apposito.

Testes sunt dominus Bernardus episcopus de Sancto David.[3]

DXLVIII. *De eodem.*

Of the same. Ricardus filius Gilberti, omnibus hominibus suis, Francis et Anglis et Walensibus, salutem.

Sciatis quod ego concessi Deo, et Sancto Petro, et monachis de Gloucestria, pro salute animæ meæ, et antecessorum meorum, omnia quæ pater meus Gilebertus dedit eis, soluta et quieta et libera ab omni servitio et consuetudine perpetualiter possidenda; scilicet ecclesiam Sancti Paterni, et omnia quæ ad eam pertinent, videlicet terram quæ est inter Radian et Clarach, a mari usque ad fossatum Sancti Paterni, et sic deorsum per terram quam dedi Wymundo de Sancto Audoeno usque in Clarach, et totam aquam quæ est inter me et ipsos ad piscandum; et decimas de dominio meo omnium rerum quæ pertinent ad castellum meum de Sancto Paterno, scilicet annonæ, venationis, porcorum, vitulorum, agnorum, piscium, caseorum, lanæ, molendinorum, pasnagii; et capellam ejusdem castelli cum rebus quæ ad eam pertinent; et terram in prædicto castello ad hospitium suum faciendum. Et insuper dedi eis, pro anima patris mei, et super altare Sancti Paterni per cultellum Humfridi filii Goismeri misi, partem meam molendini quod ipsi fecerunt super Redian, et hospitium cum horto in Stratinouric.[4]

Hujus donationis testes sunt Robertus capellanus.[5]

---

[1] *me et*] interlined in MS.

[2] *Cardigan*] After this word there is a slight erasure in the MS.

[3] This clause is obviously incomplete.

[4] *Stratinouric*] In the MS. the second letter of this word has been interlined.

[5] This clause is obviously incomplete.

DXLIX. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ricardus filius Gileberti concedo et confirmo donationem quam fecit Robertus de Bardevilla Deo, et Sancto Petro de Gloucestria, et monachis de Sancto Paterno perpetualiter de firmanda exclusa molendini sui de Clarach super terram suam, hac conventione, quod prædicti monachi concedunt ei societatem, et orationes, et beneficia ecclesiæ suæ, et ex caritate temporali ei dederunt decem solidos, et de suo proprio molituram quietam, ita quod nullum expectet nisi propriam annonam monachorum quantacunque fuerit apud castellum de Stratinouric die decollationis Sancti Johannis Baptistæ. Hiis testibus.

DL. *De eodem.*

Of the same.

R[icardus] filius G[ilberti], omnibus baronibus suis atque ministris Francigenis, Anglis, et Walensibus, salutem.

Volo et firmiter præcipio ut monachi de Sancto Paterno teneant terras suas,[1] et silvas, atque aquas, solutas et quietas, f. 138 *b.* bene et in pace, ab omni calumnia. Et nemo sit tam ausus ut ingrediatur in ipsas silvas ad secandas eas, vel ad capiendum quicquam, sine licentia eorum, neque cum canibus, neque cum retibus, vehementer prohibeo super forisfacturam meam. Valete.

DLI. *De eodem.*

Of the same.

Consideratum est coram domino Ricardo filio Gisleberti quod Johannes de Lecche cum parochia sua veniat ad quatuor festivitates anni ad Sanctum Paternum matrem ecclesiam suam. Et Johannes habeat tertiam partem tam oblationis parochianorum suorum quam sepulturæ, et ipse et suus clericus ea die procurabuntur. Et monachi tertiam partem decimæ parochianorum Johannis habeant. Et post obitum Johannis habeant monachi capellam et omnia quæ tenuit Johannes in vita sua, sicut consideratum et confirmatum fuit coram episcopo Bernardo de Sancto David, et Ricardo filio Gileberti, et aliis probis viris in dedicatione ecclesiæ Sancti Paterni.

---

[1] *suas*] sua, MS.

DLII. *De eodem.*

A.D. 1115–1147. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, comes Andegaviæ, venerabili viro Bernardo, Sancti David episcopo, et omnibus fidelibus suis, Francis, et Anglis, et Walensibus, de Suthwallia, salutem.

Sciatis me concessisse, et ista carta mea firmiter confirmasse, monachis Gloucestriæ, prioratum de Sancto Paterno, cum eadem ecclesia, et omnibus quæ ad eam pertinent, scilicet cum capellis, et decimis, molendinis, piscaturis, in boscis, et in silvis; et ecclesiam Sanctæ Trinitatis de Kardigan cum omnibus quæ ad eam pertinent, secundum quod cartæ Gileberti filii Ricardi, et Ricardi filii Gileberti, continent. Unde firmiter præcipio ut nullus molestet dictos monachos super decem libras forisfacturæ. Et monachi de Gloucestria apud Sanctum Paternum commorantes dictas elemosinas ita pure et libere teneant sicut aliqua elemosina perpetuo melius et liberius teneri potest.

Teste Ricardo Pictavensi archidiacono, etc.

DLIII. *De eodem.*

A.D. 1147–1176. Of the same.

David,[1] Dei gratia Menevensis episcopus, omnibus tam clericis quam laicis per dyœcesim suam constitutis, salutem et benedictionem.

Notum sit vobis quod concedimus, et episcopali auctoritate confirmamus, donationes et elemosinas quas Gilebertus filius Ricardi et filius ejus Ricardus dederunt ecclesiæ Sancti Petri et monachis Gloucestriæ; scilicet ecclesiam Sancti Paterni cum pertinentiis suis, videlicet terram quæ est inter duas aquas Redion et Clarach, a mari usque ad fossatum Sancti Paterni, et sic deorsum per terram quæ data est Wymundo de Sancto
f. 139. Audoeno usque in Clarach, et piscariam in Radion, et capellam cum rebus omnibus quæ ad eam pertinent, et decimationes annonæ, venationis, porcorum, vitulorum, agnorum, piscium, caseorum, lanæ, molendinorum, pasnagii, et partem molendini quod ipsi fecerunt super Radion, et hospitium cum horto in Stramouric.

DLIV. *De eodem.*

A.D. 1175. Of the same.

David, Dei gratia Menevensis episcopus, omnibus tam clericis quam laicis per dyœcesim suam constitutis, salutem et benedictionem.

[1] David Fitzgerald.

Causam venerabilium fratrum nostrorum abbatis et monachorum Gloucestriæ super ecclesia Sancti Paterni, quam quidam tempore hostilitatis[1] ipsis abstulerunt, et aliquantis temporibus injuste detinuerunt occupatam, a domino et patre Summo Pontifice Alexandro nobis delegatam suscepimus cognoscendam, et fine debito, appellatione non admissa, terminandam. Diligenter itaque veritate inquisita et cognita, tam ex autenticis scriptis eorum nobis per fratres suos Johannem et Philippum transmissis, quam ex unanimi attestatione totius capituli nostri, quoniam eadem ecclesia ad monasterium jam dictorum fratrum de jure pertineret, eandem[2] cum omnibus pertinentiis suis præfato monasterio Gloucestriæ, capitulo nostro apud Sanctum David convocato, adjudicavimus. Nos ergo hanc adjudicationem[3] memoratis fratribus factam confirmantes sigilli nostri impressione communimus, ipsosque convocato capitulo nostro apud Sanctum David in præscriptam ecclesiam instituimus.

Hæc autem facta sunt anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo quinto.

Hiis testibus Pontio archidiacono.[4]

DLV. *De eodem.*

A.D. 1230–1247. Of the same.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentes litteras visuris vel audituris, Anselmus,[5] divina permissione ecclesiæ Menevensis humilis minister, salutem æternam in Domino.

Cum appetere debeamus ut pacem et tranquillitatem subditis nostris præparemus, et omnes quos pietas juvat et veritas non relinquit, pastorali sollicitudine juvare teneamur; et diutius quæstio inter ecclesiam Menevensem ex una parte et ecclesiam Sancti Petri Gloucestriæ ex altera, super ecclesia Sancti Paterni majoris fuit agitata; volentes lites minuere et materia jurandi dissolvere, dictam ecclesiam Sancti Paterni majoris, divinæ pietatis intuitu, memoratis ecclesiis in proprios et perpetuos usus duximus conferendam, dividentes eam auctoritate pontificali inter memoratas ecclesias pro æqualibus portionibus, salvis in omnibus episcopalibus et archidiaconalibus, et salva competenti vicaria de portione utriusque ecclesiæ f. 139 *b*.

---

[1] *hostilitatis*] hostitalitatis in MS., but the sixth and seventh letters are marked with the sign of erasure.

[2] *eandem*] eadem, MS.

[3] *adjudicationem*] Originally written *advocationem*, but subsequently altered.

[4] This clause is obviously incomplete.

[5] Anselm le Gros.

taxanda. Et volumus, et disponimus, et ordinamus, ut portiones in eadem ecclesia nondum vacantes, cum vacaverint, portionibus dictarum ecclesiarum pro æquali divisione accrescant.

Et ut hæc nostra collatio et superscripta divisio in perpetuum memoriis hominum commendetur, sigillum nostrum, una cum sigillo capituli Menevensis, præsentibus litteris patentibus duximus apponenda. Datum.

DLVI. *De eodem.*

Of the same.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentes litteras visuris vel audituris, abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos tradidimus ad firmam magistro Eadwardo de la Cnolle clerico, portionem nostram quam habemus in ecclesia Sancti Paterni majoris, ex ordinatione venerabilis patris Anselmi, Dei gratia Menevensis episcopi, suo perpetuo, ita quod idem Eadwardus viginti marcas perceperit[1] vel ultra. Persolvet nobis singulis annis centum solidos in duobus terminis anni, videlicet ad Natale Domini quinquaginta solidos, et ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ quinquaginta solidos. Et si idem Eadwardus minus receperit quam viginti marcas de portione eadem, solvet nobis singulis annis tres marcas tantum, terminis supradictis, videlicet viginti solidos uno termino, et viginti solidos alio termino. Si vero contigerit quod nos velimus ingredi et habere nostram supradictam portionem, licebit nobis eam tenere et habere, libere et quiete, sine omni reclamatione vel contradictione dicti Eadwardi, dummodo eidem prius assignaverimus viginti marcas de camera nostra singulis annis percipiendas, quousque ei provisum fuerit per nos in beneficio ecclesiastico, quod duxerit acceptandum. Idem vero omnem diligentiam apponet ad revocanda dispersa in dicta ecclesia Sancti Paterni per consilium et auxilium Menevensis capituli, si contingat quod per ordinationem dyœcesani nostri fiant comportionarii. Dictus vero Eadwardus fideliter redditum nostrum, quamdiu in firma dictæ ecclesiæ steterit, statutis terminis plenarie persolvet apud Gloucestriam. Ad omnia hæc præmissa fideliter et diligenter observanda dictus Eadwardus corporali præstito juramento, tactis Sacrosanctis Evangeliis, se nobis obligavit.

In cujus rei testimonium præsens scriptum ad modum cyrographi, etc.

---

[1] *perceperit*] percepit, MS.

DLVII. *De eodem.*

A.D. 1251, March 31. Of the same. f. 140.

Henricus, Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, dilectis et fidelibus suis Mereduci filio Audoeni, Mailgoni filio Mailgonis, Reso, et filio Resi, et omnibus ballivis et ministris et fidelibus suis de partibus Suthwalliæ, salutem.

Sciatis nos suscepisse in protectionem et defensionem nostram ecclesiam Sancti Paterni, quæ spectat ad ecclesiam Sancti Petri Gloucestriæ, homines, terras, res, redditus, et omnes possessiones ad prædictam ecclesiam Sancti Paterni pertinentes. Et ideo vobis mandamus quod prædictam ecclesiam Sancti Paterni, homines, terras, res, redditus, et omnes possessiones ad eam pertinentes, manucapiatis, protegatis, et defendatis; non inferentes eis vel inferri permittentes molestiam, damnum, aut gravamen, et præcipue homines abbatis Gloucestriæ ibidem manendo, illuc veniendo, et inde redeundo, non gravantes, vel gravari permittentes. Et siquid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilatione faciatis emendari.

Testo me ipso apud Dittone,[1] tricesimo primo die Martii.

DLVIII. *De eadem piscaria in Sabrina.*

A.D. 1263–1284. Of a fishery in the Severn.

Noverint universi præsens scriptum visuri vel audituri, quod cum quædam esset contentio mota inter viros religiosos R[eginaldum] abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ ex parte una, et Johannem de Aubeny dominum de la Kingeshame[2] ex altera, super quadam piscaria quam idem Johannes in Sabrina vendicabat; tandem, communibus amicis intervenientibus, iidem abbas et conventus prædicto Johanni et hæredibus suis concesserunt, ut decætero, cum rete opportuno, exceptis et exclusis omnimodis kydelis et retibus[3] omnibus in Sabrina a domino rege prohibitis, cum duobus batellis et hominibus ad eos necessariis, possint libere piscari in locis ubi prædecessores sui antiquitus piscari consueverunt; proviso quod iidem piscatores prope gurgites ipsorum religiosorum piscari non præsumant, videlicet a Pukeput usque ad gurgitem de Avicheswere ex parte superiori, nec a Puldich usque ad

[1] The marginal date of this instrument is derived from the teste. The king is shown by his itinerary to have been at Ditton on March 31, in the thirty-fifth year of his reign.

[2] Here, in the margin, is inserted in a later hand *Kyngishome.*

[3] *retibus*] After this word there is a slight erasure in the MS.

eundem gurgitem a parte inferiori, item nec a Tinternespulle usque ad gurgitem de Pullewere ex parte superiori, nec a ponte usque ad dictum gurgitem ex parte inferiori.

Concesserunt etiam dicti religiosi præfato Johanni et hæredibus suis, ut pisces quos dicti piscatores sui in Sabrina, ut prædictum est, ceperint, libere habeant et retineant ad opus suum proprium, et per dietas ipsos piscatores conducant, pisce prius rationabiliter appretiato; dum tamen idem Johannes nec hæredes sui dictum piscem vendant vel exponant venditioni. Convenit etiam inter eosdem religiosos et dictum
f. 140 *b.* Johannem quod idem Johannes et hæredes[1] sui piscatores suos prædictos, qui in Sabrina nomine suo sunt piscaturi, coram coquinario abbatiæ qui pro tempore fuerit sacramentum corporale præstare compellent, quod cum totum piscem quem in Sabrina per dietas ceperint, dicto Johanni et hæredibus vel suis certis attornatis fideliter et integraliter liberaverint, et de eodem pisce appretiato conducti fuerint pro labore suo ipsum piscem quo conducti sunt præfato coquinario præsentabunt, et pro eodem pretio quo ipsum receperunt eidem coquinario vendent,[2] si forte ipso pisce indigeat; sin autem de ipso pisce faciant quod eis libuerit. Quod si dictus Johannes vel hæredes sui aut eorum piscatores istam conventionem non observaverint, eis qui deliquerint piscari non liceat, quousque per visum communium et legalium amicorum dictis religiosis competenter satisfecerint.

In cujus rei testimonium.

DLIX. *De prato de Tuffele, videlicet de quatuor acris.*

Of Tuffele. Sciant[3] præsentes et futuri, quod ego Margarita[4] de Boun[5] concedo, et carta mea confirmo, Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, donationem et concessionem quam Willelmus de la Mare homo meus eis fecit de quatuor acris prati, quarta parte unius acræ minus, juxta pratum de Tuffele[6] apud Suthmede,[7] quæ valent per annum

---

[1] *hæredes*] *piscatores* in MS., but marked with the sign of erasure. *Hæredes* is written above.

[2] *vendent*] Originally written *præ-vendent*, but the first syllable is marked with the sign of erasure.

[3] Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register B, from which the collation is derived.

[4] *Margarita*] The *t* in this word is interlined in the MS. *Margareta* in Reg. B.

[5] *Boun*] Bunn, Reg. B.

[6] *Tuffele*] Tuffeley, Reg. B.

[7] *Suthmede*] Sudmed, Reg. B.

dimidiam marcam. Quare volo quod prædicti monachi teneant prædictum pratum ita libere et quiete, sicut carta prædicti Willelmi testatur, quam monachi inde habent. Et concedo quod Willelmus vel hæredes sui faciant prædictis monachis rationabile [1] escambium ad valentiam prædicti prati alibi in feodo meo et hæredum meorum, vel in pratis, vel in redditibus, si forte aliquo casu contigerit quod prædictum pratum eis warantizare [2] non potuerint.

Quod quia ratum et inconcussum manere volo, præsenti scripto et sigilli mei impressione confirmo.

[Hiis testibus Rogerio priore Lantoniæ, Willelmo Wihtrihc canonico, magistro Petro de Leche vicearchidiacono, Johanne de Bortuna tunc decano, Godefrido filio Geroldi, sacerdotibus, Willelmo filio Stephani tunc vicecomite Gloucestriæ, Adam filio Willelmi constabulario et aliis multis.] [3]

DLX. *De eodem.*

Sciant [4] præsentes et futuri, quod ego Willelmus de la Mare dedi [et] concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, et patris et matris meæ, et antecessorum meorum, et pro anima Willelmi filii Ricardi, in puram et perpetuam elemosinam, quatuor acras prati, quarta parte unius acræ minus, prope pratum de Tuffele [5] apud Suthmede,[6] quæ valent per annum dimidiam marcam. Et volo ut teneant pratum illud quietum ab omni servitio et ab omni exactione. Et ego et hæredes mei post me pratum illud aquietabimus in perpetuum ab omni servitio versus dominum regem, et versus omnes alios homines. Si vero forte contigerit quod ego vel hæredes mei non possimus eis warantizare [7] prædictum pratum, nos in prato vel redditibus eisdem monachis rationabile escambium ad valentiam dimidiæ marcæ faciemus. Of the same. f. 141.

Et ut hæc donatio et concessio nostra rata et inconcussa permaneat, sigilli nostri impressione præsens scriptum roboramus. Hiis testibus [magistro Petro de Lecche, Johanne decano, Godefrido filio Geroldi, sacerdotibus, et aliis.] [8]

---

[1] *rationabile*] rationale, Reg. B.

[2] *warantizare*] guarantizare, Reg. B.

[3] *Hiis testibus . . . . . multis*] Added from Reg. B.

[4] Against this charter *canc'* is written in the margin. Another copy is contained in Gloucester Cathedral Register B, from which the collation is derived.

[5] *Tuffele*] Tuffelle, Reg. B.

[6] *Suthmede*] Sudmede, Reg. B.

[7] *warantizare*] guarranticare, Reg. B.

[8] *magistro . . . . et aliis*] Supplied from Reg. B.

DLXI. *De Risindone.*[1]

Of Risindone.

Notum sit omnibus, quod ego Gilbertus de Risindona et Emma uxor mea, concessimus domino Thomæ abbati et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, pratum nostrum in Risindone; illud videlicet quod Andreas de Cotes dedit eidem Emmæ uxori meæ in matrimonium; tenendum quamdiu ego Gilbertus et prædicta Emma uxor mea vixerimus, pro septem solidis et uno caseo nobis singulis annis ad festum Sancti Johannis Baptistæ persolvendis. Et pro hac concessione præfatus abbas dedit nobis in ingressu quatuor solidos.

Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, præsenti scripto sigilli nostri impressione munito confirmamus. Hiis testibus.

DLXII. *De prato archidiaconi Gloucestriæ.*

A.D. 1248. Of the archdeacon's meadow in Gloucester.

Sciant[2] præsentes et futuri, quod cum esset placitum inter dominum Henricum[3] abbatem Gloucestriæ petentem et Mauricium[4] quondam archidiaconum Gloucestriæ deforciantem viginti acras prati cum pertinentiis, quas idem dicebat pertinere ad manerium suum de Mayesmora, et super hoc diutius esset processum; tandem inter successores eorum, videlicet inter dominum Johannem[5] abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ, et magistrum Thomam[6] archidiaconum Gloucestriæ, de assensu venerabilis patris domini Walteri de Cantilupo, Wygorniensis episcopi, dictum placitum in hunc modum conquievit anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo;[7] videlicet quod dictus archidiaconus concessit, remisit, et quietas clamavit, octo acras dicti prati, de se et successoribus suis, per visum legalium virorum mensuratas, dictis abbati et conventui Gloucestriæ et eorum successoribus, ita quod dictus archidiaconus vel successores sui nihil juris in eisdem sibi possint vendicare. Pro hac autem concessione et quieta clamatione iidem abbas et conventus Gloucestriæ remiserunt, concesserunt, et quietum clamaverunt, de se et successoribus suis, dicto archidiacono et successoribus suis, totum residuum

---

[1] *Risindone*] *eodem* in MS.

[2] Here, in the margin, is inserted in a later hand *Nota bene*; and lower down, *Cave de mensura*.

[3] Most probably Henry Foliet.

[4] Maurice de Arundel.

[5] John de Felda.

[6] Thomas, successor of William Lupus.

[7] Vide *ante*, vol. i. p. 30.

de dicto prato, libere et [1] quiete, absque omni exactione vel clamio sui vel successorum suorum in perpetuum.

Ut autem hæc omnia per modum compositionis hinc inde perpetuæ firmitatis robur obtineant, præsens scriptum in modum cyrographi inter eos confectum est, cujus unam partem, sigillo dictorum abbatis et conventus Gloucestriæ muni- f. 141 *b.*
tam, dictus archidiaconus sibi retinuit; alteram vero partem, sigillis venerabilis patris dicti domini Wigorniensis episcopi et præfati archidiaconi Gloucestriæ roboratam, iidem abbas et conventus Gloucestriæ sibi reservarunt, etc.

DLXIII. *De prato in Walehamme.*

Sciant [2] præsentes et futuri, quod [ego] Walterus Grangerius, Of Wale-
de assensu et voluntate Edithæ de Chirchesdone uxoris meæ, hamme.
dedi et concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam elemosinam, unam acram prati in Walehamme;[3] scilicet illam quam Philippus le Deveneys aliquando tenuit; tenendam et habendam sibi et successoribus eorum libere et quiete, bene et in pace, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis; videlicet quod ego Walterus, nec Editha uxor mea, nec hæredes nostri, in dicta acra prati aliquod jus vel clamium in posterum vendicare possimus. Ego vero Walterus et Editha uxor mea et hæredes nostri dictam acram prati cum omnibus pertinentiis suis dictis monachis vel successoribus eorum contra omnes homines et fœminas warantizabimus in perpetuum et defendemus.

Et ut hæc nostra donatio et concessio firmiter observetur, etc.

DLXIV. *De prato tangente priorem Sancti Bartholomæi.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes,[4] Dei gratia A.D. 1248.
abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, anno Domini Of Mu-
millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, concessimus, chelemede.

---

[1] *et*] interlined in MS.

[2] Vide No. CCCCXXXIII. (*ante*, p. 6).

[3] *Walehamme*] *Walesmede* in calendar of donations, (*ante*, vol. i. p. 120).

[4] John de Felda.

confirmavimus, et quietas clamavimus, pro nobis et successoribus nostris, quatuor acras prati de feodo nostro in Muchelemede, priori et fratribus Sancti Bartholomæi Glocestriæ; illas scilicet quæ jacent inter pratum Rogeri Snol et pratum Willelmi Brostrad, quas quidem Willelmus de Sanforde emit de Philippo de Lillinthone libero homine nostro, et eisdem dedit et assignavit perpetuo possidendas. Pro hac autem concessione, confirmatione, et quieta clamatione iidem prior et fratres singulis annis dabunt nobis annuum redditum sex denariorum ad festum Sancti Michaelis pro omnibus servitiis et sæcularibus demandis. Dictus vero prior fecit nobis homagium suum, quod quidem facient omnes successores sui, et tam idem prior quam illi curiam nostram Gloucestriæ cum singuli sibi succedent, cum liberis hominibus nostris sequentur.

In cujus rei testimonium, etc.

DLXV. *De prato quod vocatur Nunnehamme.*

A.D. 1154, March 30. Of Nunnehamme. f. 142.

Notum[1] sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, quod ego Rogerus comes Herefordiæ, et ego Walterus frater comitis; cum propter imminentem[2] nobis necessitatem violenter et injuste detinuissemus aliquanto tempore pratum quod appellatur Nunnehamme, anno tandem ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto[3] jus quod ecclesia Sancti Petri Gloucestriæ in eodem prato ab antiquo habuerat recognoscentes, assensu Henrici fratris nostri et hominum nostrorum consilio, reddidimus Hamelino abbati et monachis Gloucestriæ totum idem pratum, atque concessimus ut ecclesia Sancti Petri teneat illud libere et quiete perpetualiter, utrum voluerit, in pratum vel pasturam; nec sit qui eidem in aliquo sine abbatis et monachorum permissione communicet; sed neque nos in posterum, nec hæredes nostri, nec homines, aliquam in eo consuetudinem aut participationem habebimus, neque ullum omnino impedimentum, quominus ad commodum et libitum suum monachis eodem uti liceat, perquiremus, sed potius, ne quis amodo injuriam eis aut violentiam de hoc faciat, prohibemus. Recognovimus, etiam præsenti scripto testamur, totum pratum quod appellatur Prestehamme similiter esse de jure Sancti Petri, et quod totam ejusdem prati

[1] Here, in the margin, is inserted *Nunham in Oxlese.*

[2] *imminentem*] iminentem, MS.

[3] Here, in the margin, is inserted in a later hand, *m. c. liiii.*, and lower down, *Presthamme*, and lower down still, *Nota bene; divisio pratorum Presthamme et Nunhame.*

partem quæ est ab eo ubi fossatum fratrum fuit tempore avi nostri Walteri de Gloucestria usque in Savernam, ex omni parte de abbate et monachis ex commodato tenemus. Volentesque redintegrari jus ecclesiæ quod per nos fuerat diminutum, concessimus ut tota pars reliqua sit in perpetuum libera et quieta in dominio monachorum, et eam partem quæ est a magno fossato quod comes Milo fecit usque ad divisam partis illius quam tenemus, ut dictum[1] est, ex ecclesiæ commodato, habeat in perpetuum,[2] sicut hactenus habuerunt. Totum vero aliud quod est ex altera parte magni fossati usque ad lacum qui dividit Prestehamme et Nunnehamme teneat ecclesia Sancti Petri in perpetuum in pasturam propriam et dominicam, ita ut nemo deinceps consuetudinem aliquam vel participationem in ea sibi clamet aut vendicet, excepto quod ex abbatis et monachorum permissione singulis annis, in vigilia Pentechostes, vel quando eorum animalia mittentur in prædictam pasturam de Prestehamme, nostra quidem animalia de quibus certum erit quod propria sint et dominica curiæ de Berthona cum duobus[3] averiis eidem solummodo pasturæ de Prestehamme communicabunt. Nullum autem aliud animal, neque de Berthona, neque de tota terra nostra vel hominum nostrorum, neque de tota Gloucestria, pasturam intrabit sine voluntate et licentia monachorum, sed ipsis licebit in eam absque ullo impedimento et contradictione tan- f. 142 *b*.
quam in suam rem propriam, et quod voluerint admittere, et excludere quod voluerint. Si quis igitur de nostris sive de tota Gloucestria, sive cujuscunque sit et undecunque, de cætero miserit equum aut jumentum, aut cujuscunque generis animal, in Prestehamme vel in Nunnehamme, vel in aliis pratis aut pascuis abbatiæ, vel aliquid in eis contra voluntatem abbatis et monachorum aut hujus cartæ tenorem usurpaverit, habeant ipsi liberum jus et plenariam potestatem justitiæ faciendæ et comprehendendi per ministros suos quicquid in suo alienum invenerint,[4] atque detinendi donec inde sibi sit in curia Sancti Petri sufficienter et plenarie satisfactum.

Hanc itaque recognitionem, redditionem, et concessionem, fecimus pariter ego Rogerus comes Herefordiæ, et ego Walterus frater comitis, et insuper donavimus in elemosinam Deo, et Sancto Petro, et monachis, unam virgatam terræ in Talgarde, liberam et quietam ab omni consuetudine et servitio, cum homine qui eandem virgatam tenebat.

---

[1] After *dictum* there is a slight crasure in the MS.

[2] *perpetuum*] pratum, MS.

[3] *cum duobus*] Repeated in MS., but the redundant words have been struck through with the pen.

[4] *invenerint*] invenerit, MS.

Quibus omnibus primum quidem capitulo concessis, deinde in ecclesia, præsente Hamelino abbate et conventu, super altare Sancti Petri per textum oblatis; postremo cartam hanc sigillis nostris ad plenam et perpetuam supradictorum omnium confirmationem impressimus tertio kalendas Aprilis anni supradicti.

Hujus rei testes sunt Walterus de Clifforde et Osbernus[1] de Westberia.

DLXVI. *De pastura juxta pontem.*

Of the pasture by the bridge.

Ricardus Burgeis, David Dunning, Johannes Draperius, Ricardus Gunter, Willelmus Waryn, Willelmus de Saunforde, Adam Croc, Walterus Hoch, Ricardus filius Katerinæ, Amisius Macecrarius, Robertus le Riche, Willelmus le Riche, Stephanus de Herefordia, Willelmus de Ludelawe, Thomas Oxe, Willelmus Gille, Adam filius Rogeri, Ricardus May, Galfridus de Bathonia, Robertus de Roy, David de Breyhenoc, Petrus le Ferur, Willelmus de Waddone, Mauricius Symenel, Reginaldus le Deveneys, Gilbertus le Taillur, Walterus Kentwyne, Johannes Marescallus, Walterus de Teukesburia, Walterus Pyrun, Galfridus Cuttestuche, Daniel Piscator, Walterus de Pinnekote, Walterus Haliday, Walterus Buche, et Ricardus David summoniti fuerunt ad ostendendum quo jure exigunt communam in terra abbatis de Gloucestria in Maiesmore, sicut idem abbas nullam communam habet in terra ipsorum.

DLXVII. *Pichenecumbe.*

A.D. 1252–1253. Of Pichenecumbe. f. 143.

Hæc est conventio facta inter dominum Johannem,[2] abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ, et Ricardum le Breth de Pichenecumbe, ex altera, videlicet, quod iidem abbas et conventus concesserunt et tradiderunt, anno regni regis Henrici filii regis Johannis tricesimo septimo, eidem Ricardo de Pichenecumbe et hæredibus suis vel suis assignatis, gardam terræ cum pertinentiis quam Henricus de Avenebury aliquando tenuit in manerio de Stanedys, videlicet in Hersecumbe, cum maritagio infantis et hæredis ejusdem Henrici, ita quod non disparagetur; tenendam et habendam dictam gardam dictæ terræ, quamdiu juxta morem Angliæ debet esse sub tutore, ita quod nec vastum nec destructionem nec

[1] *Osbernus*] Osberno, MS. | [2] John de Felda.

deteriorationem in pertinentiis ejusdem faciant, salvis tamen eis husbote et heybote. Si vero de dicto hærede humanitus contigerit, concesserunt dicti abbas et conventus eidem Ricardo et hæredibus suis gardam dictæ terræ cum suis pertinentiis cum maritagio alterius existentis hæredis; salvo eisdem servitio pertinente ad dictam terram, scilicet esquieria, et secta curiæ suæ apud Gloucestriam, et apud Stanedys, cum aliis liberis hominibus suis. Pro hac autem concessione et traditione sua dedit Ricardus dictis abbati et conventui quinquaginta marcas argenti, et unum dolium vini. Dictus vero Ricardus et hæredes sui hæc omnia observabunt sub forisfactura centum solidorum.

In cujus rei testimonium præsenti scripto in modum cyrographi confecto partes sigilla sua apposuerunt.

DLXVIII. *De eodem.*[1]

Sciant præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri[2] Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Gilberto carectario de Prestone nativo nostro, viginti tres acras terræ arabilis cum pertinentiis suis, quas quidem Wygoth de nobis aliquando in villa supradicta [tenuit], et unam dimidiam acram prati quod vocatur Suthmede; habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris ad vitam suam tantum, et ad vitam Ysondæ uxoris suæ filiæ Walteri præpositi de eadem villa, si eum supervixerit et continens fuerit. A.D. 1263–1284. Of Preston.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris octo solidos argenti ad quatuor anni terminos usuales, et faciendo nobis singulis annis in autumno tres bederipas cum uno homine in manerio nostro de Prestone. Dabunt etiam nobis tonnutum pro equo et bove vendito, porcos suos pannagiabunt, et curiam nostram loci præfati sequentur cum aliis hominibus nostris. Præterea filium nec filiam maritabunt sine assensu nostro. Idem vero Gilbertus et Ysonda juramentum, etc. f. 143 *b.* Pro hac concessione et traditione præfati Gilbertus et Ysonda uxor ejusdem quinquaginta solidos argenti nobis præ manibus numeraverunt. Post decessum vero dictorum Gilberti et Ysondæ, etc.

In cujus rei, etc.

---

[1] *eodem*] This should be *Prestone.*

[2] *Petri*] added in the margin.

DLXIX. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Galfridus le Joevene[1] de Prestone dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, viris religiosis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, quoddam pratum meum dictum Suthmede, jacens in latitudine inter quandam culturam terræ arabilis ipsorum religiosorum quæ vocatur Pundfurlong ex parte una, et pratum eorundem religiosorum quod dicitur Pundmede ex altera; et extendit se in longitudine a stagno molendini de Prestone neque ad pratum sæpedictorum religiosorum nominatum Suthmede; tenendum et habendum totum pratum antedictum, cum salicibus circumstantibus et omnibus aliis suis pertinentiis, de me et hæredibus meis seu meis quibuscunque assignatis, religiosis præfatis et successoribus eorundem libere, quiete, et pacifice, in puram et perpetuam elemosinam; nihil nobis inde reddendo nisi suffragia orationum. Ego vero Galfridus antedictus, et hæredes mei seu quicunque assignati mei, sæpefatis religiosis et eorum successoribus totum pratum supradictum cum omnibus suis pertinentiis, ut prædictum est, contra omnes mortales warantizabimus, et de omnibus sæcularibus demandis, tam regalibus quam aliis, aquietabimus in perpetuum et defendemus.

In quorum omnium robur, etc.

DLXX. *De eodem.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Ricardo de Prestone totam illam terram nostram servilem, cum omnibus pertinentiis suis, et cum duabus acris prati, quarum una acra jacet in Uppingham, et alia in Wycham ex opposito molendini nostri de Abbelode quam Ysabella le Prestes aliquando de nobis tenuit in manerio nostro de Mayesmore; tenendam et habendam præfatam terram cum pertinentiis suis ac duabus acris prati prædictis, de nobis et successoribus nostris, præfato Ricardo et uni uxori suæ quam primo ducet, ad vitam utriusque tantum si illa ipsum supervixerit, et post ejus decessum caste se gesserit.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris septem solidos argenti ad quatuor anni terminos usuales pro æqualibus

---

[1] *Joevene*] *Rovene* in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 107, note).

portionibus; et faciendo nobis inde omnes consuetudines, sectas, et servitia quas Ysabella præfata ratione dictæ terræ cum pertinentiis nobis facere debuit et consuevit. Idem vero Ricardus juramentum, etc. Eandem securitatem, etc. Post decessum vero dictorum Ricardi et primæ uxoris, etc. f. 144.

In cujus rei, etc.

DLXXI. *De eodem.*[1]

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo vicesimo sexto, Ricardus filius Nigelli dedit, cum Willelmo filio suo habitum monachi suscipiente, Deo, et Sancto Petro, et monachis de Gloucestria, concessu Rogeri filii sui, quandam terram quæ dicitur Paigrave, et terram quæ est infra hortum elemosinæ, et molendinum de la Forda, et totam decimam suam de Wttona[2] in perpetuum. A.D. 1126. Of Paigrave.

Hujus donationis testes sunt, etc.

DLXXII. *De eodem.*

Robertus[3] consul Gloucestriæ, omnibus baronibus suis et ministris, omnibusque fidelibus suis, salutem. Of the same.

Sciatis quod concedo et confirmo donationem quam fecit Ricardus filius Nigelli Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ, pro anima sua, et uxoris suæ Emmæ, et pro duobus filiis suis quos monachos fecit in eadem ecclesia; scilicet terram quæ dicitur Paygrave, et terram quatuor solidorum quæ est infra hortum elemosinæ, et molendinum de la Forda, et totam decimam suam de Wttona, et sex acras terræ juxta domum Normanni. Hæc omnia sunt data, et de feodo meo sunt; volo ut prædicti monachi libere et quicte et honorifice in perpetuum in elemosinam habeant, et nullus eis inde aliquam injuriam vel contumeliam faciat.

---

[1] *eodem*] This should be *Paigrave.*

[2] Here, in the margin, is inserted in a later hand, *Decimæ de Wotton.*

[3] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 107) this confirmation is said to have been made during the abbacy of William Godemon (A.D. 1113–1131).

DLXXIII. *De Pethsawe.*

Of Pethsawe.

Omnibus [1] Christi fidelibus [2] ad quos præsens scriptum pervenerit, Radulphus filius Stephani, salutem in Domino.

Universitati vestræ notum fieri volo, quod ego Radulphus filius Stephani, per visnetum circa Wynterburnam, plenarie didici quod Pethsawe [3] est pertinens ad ecclesiam Sancti Petri Gloucestriæ, et quod ipsa Pethsawe [3] est libera et quieta de scutagio et hydagio, sicut pura et perpetua elemosina. Et quia nolo quod tractu temporis monasterium Sancti Petri Gloucestriæ, vel per me, vel per hæredes meos,[4] in posterum super villa de Pethsawe [3] aliquod de scutagio vel hydagio vel de exactione aliqua patiatur gravamen vel molestiam, concedo pro salute animæ meæ et pro salute regis Henrici domini mei, et pro salute uxoris meæ, et omnium parentum meorum, quod jam dictum monasterium sua in perpetuum gaudeat libertate.

In cujus rei testimonium præsens scriptum sigilli mei [5] [impressione roboratum confirmavi.

Hiis testibus Willelmo fratre meo et Willelmo nepote meo Willelmo de Chames et aliis.] [6]

DLXXIV.

Of the same.

f. 144 *b.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Radulphus filius Stephani, pro salute animæ meæ, et pro anima domini mei regis Henrici, quietum clamavi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, scutagium de Pethsawe, ita quod cum scutagium de illa terra et cæteris terris per Angliam exactum fuerit, ego quantum ad prædictam terram pertinuerit de Pethsawe de dominio meo de Wynterburna persolvam.

Quod ut ratum in posterum perseveret, præsens scriptum, etc.

---

[1] Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register B, from which the collation is derived.

[2] *Christi fidelibus*] omit. Reg. B.

[3] *Pethsawe*] Petsage, Reg. B.

[4] *meos*] In the MS. the two last letters of this word are written upon an erasure.

[5] *mei*] mei, etc., Cartulary.

[6] *impressione . . . . . et aliis*] Supplied from Reg. B.

DLXXV. *De eodem.*

Hæc[1] est conventio facta inter dominum Johannem, abbatem Sancti Petri Gloucestriæ et ejusdem loci conventum, ex parte[2] una, et dominum Willelmum, abbatem Sancti Augustini de Bristollia et ejusdem loci conventum, ex altera;[3] videlicet, quod prædictus[4] abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ concesserunt, et in feodi firmam tradiderunt, dictis abbati et conventui Sancti Augustini, totam terram suam quam habuerunt apud Pethsawe[5] cum pertinentiis[6] suis, et etiam omnes homines cum eorum sequelis dictam terram[7] tenentes, secundum hoc[8] quod eos habuerunt et tenuerunt; habendam et tenendam sibi et successoribus suis, de supradictis abbate et conventu Sancti Petri Gloucestriæ[9] et eorum successoribus, libere, pacifice, quiete, et integre, in boscis et planis, in viis et semitis, in pratis et pasturis, in fossatis et assartis,[10] [et] in omnibus rebus et locis cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus. Of the same.

Reddendo inde annuatim prædictis abbati et conventui Sancti Petri, et eorum successoribus in abbatia[11] Gloucestriæ, decem marcas argenti deputandas sacristæ[12] ejusdem ecclesiæ ad quatuor anni terminos, scilicet ad Nativitatem[13] Sancti Johannis Baptistæ duas marcas et dimidiam, in festivitate[14] Sancti Michaelis duas marcas et dimidiam, ad Natale Domini duas marcas et dimidiam, et ad Pascha duas marcas et dimidiam, et dominæ Amiciæ[15] de Columbariis et hæredibus ejus singulis annis tres virgas et quartam partem unius virgæ nigri panni, et unum par botarum in festo Beati Martini, pro omnibus sæcularibus servitiis, exactionibus, [et demandis][16] ad dictam terram

---

[1] Another copy of this convention is contained in Gloucester Cathedral Register B, from which the collation is derived.

[2] *parte*] Written upon an erasure.

[3] In the margin here is inserted in a later hand this note, *Compositio inter abbates Gloucestriæ et Sancti Augustini Bristolliæ.*

[4] *prædictus*] prædicti, Reg. B.

[5] *Pethsawe*] Petschawe, Reg. B.

[6] *pertinentiis*] omnibus pertinentiis, Reg. B.

[7] *terram*] After this word there is a slight erasure in the MS.

[8] *hoc*] omit. Reg. B.

[9] *Gloucestriæ*] omit. Reg. B.

[10] *fossatis et assartis*] fursatis et essartis, Reg. B.

[11] *abbatia*] abbathia Sancti Petri, Reg. B.

[12] *deputandas sacristæ*] deputatas sacristariæ, Reg. B.

[13] *ad Nativitatem*] in Nativitate, Reg. B.

[14] *festivitate*] festo, Reg. B.

[15] *Amiciæ*] Aviciæ, Reg. B.

[16] *et demandis*] Supplied from Reg. B.

pertinentibus in perpetuum. Et si dictis abbati et conventui Sancti Petri loco et terminis prænominatis de dicto redditu plenarie[1] satisfactum non fuerit, quotienscunque hoc contigerit, extunc certa conventione hinc inde concessa, liceat memoratis abbati et conventui Sancti Petri et eorum successoribus, prædictos abbatem et conventum Sancti Augustini et eorum successores, tam apud Asseleworþe[2] quam apud Pethsawe,[3] per quascunque sibi viderint[4] expedire districtiones, sine contradictione continue tam diu distringere, et districtiones tenere
f. 145. donec tam de arreragiis dicti redditus quam tædiis, damnis, et laboribus, occasione dilationis solutionis ejusdem, eis plene fuerit satisfactum. Dicti autem abbas et conventus[5] Sancti Petri Gloucestriæ[6] totam prædictam terram cum omnibus suis pertinentiis præfatis abbati et conventui Sancti Angustini et eorum successoribus contra omnes gentes warantizabunt.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confectum est, cujus unam partem, sigillo abbatis et conventus Sancti Augustini munitam, dicti abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ sibi reservant; alteram vero partem, sigillo dictorum abbatis et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, dicti abbas et conventus Sancti[7] Augustini sibi retinuerunt roboratam.

Hiis testibus [domino Roberto Walerand tunc vicecomite Gloucestriæ, domino Nicholao Poinz, domino Ricardo de Cromhale, domino Johanne de Salso Marisco et aliis.][8]

DLXXVI. *De eodem.*[9]

A.D. 1115 - 1123. Of Quenintone.

T[heobaldus], Dei gratia Wygorniensis episcopus, omnibus successoribus suis, salutem et benedictionem.

Sciatis me concessisse et episcopali auctoritate confirmasse W[illelmo][10] abbati et monachis ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Quenintone, cum omnibus per-

---

[1] *plenarie*] plene, Reg. B.

[2] *Asseleworþe*] Esseleworthe, Reg. B.

[3] *Pethsawe*] Petschawe, Reg. B.

[4] *sibi viderint*] viderint sibi, Reg. B.

[5] *conventus*] In the MS. the last letter of this word is written upon an erasure.

[6] *Gloucestriæ*] omit. Reg. B.

[7] *Sancti*] After this word there is a slight erasure in the MS.

[8] *domino . . . . et aliis*] Supplied from Reg. B.

[9] This should be Quenintone.

[10] William Godemon.

tinentiis suis quam Hugo de Lacy eis dedit meo assensu in perpetuam elemosinam, liberam et quietam tenendam, salva dignitate episcopali. Valete.

DLXXVII. *De eodem.*

A.D. 1148–1169.

Hillarius, Dei gratia Cycestrensis episcopus, omnibus Matris Ecclesiæ filiis ad quos carta ista pervenerit, salutem.

Of the same.

Nullus erit litium finis si res semel terminata recte iteratis refragationibus perturbetur. Papa siquidem Alexander causam, quæ inter monasterium Beati Petri Gloucestriæ et Hospitalem domum Jerosolomitanam super ecclesia Quenintone vertebatur, mihi cognoscendam terminandamque delegavit.

Causa autem hæc erat.

Abbas et monachi ipsius monasterii quiete et sine alicujus reclamatione duas garbas decimarum dominii, et unam virgatam terræ in eadem villa possidebant. Ecclesiam quoque ipsius loci cum suis pertinentiis asserebant prior et fratres prædicti Hospitalis eos injuste occupasse, et contra justitiam detinere. Post multas itaque hinc inde allegationes, controversiam ipsam, utriusque partis assensu, in hunc modum amicali compositione terminavimus.[1] Præfata domus hospitalis tenebit jam dictam ecclesiam cum duabus garbis dominii et virgata terræ in perpetuum nomine monasterii, et ei annuatim inde nomine census duas marcas argenti persolvet. Verumtamen veniente Roberto clerico, nunc ejusdem ecclesiæ persona, prior Hospitalis, qui pro tempore fuerit, unam dimidiam dumtaxat marcam argenti annuatim monasterio solvet, f. 145 *b.* quam a Roberto annuatim percipiet, nihil amplius ab eo nomine ecclesiæ vel supradictæ decimæ sive virgatæ terræ petiturus. Quod si domus hospitalis huic transactioni non steterit, monasterio licebit ecclesiæ et aliorum supradictorum possessionem propria auctoritate ingredi, et sibi retinere. Testibus.

DLXXVIII. *De eodem.*

Of the same.

T.[2] Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum primas, et Apostolicæ Sedis legatus, omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus ad quos carta ista pervenerit, salutem.

---

[1] *terminavimus*] Prefixed to this word in the MS. is the syllable *con*, but with the sign of erasure.

[2] Query, is this Theobald, or Thomas Becket; they both coincide with the period of Hilary, bishop of Chichester, who is mentioned in the charter.

Quia controversia quæ inter monasterium Beati Petri Gloucestriæ et hospitalem domum Jerosolomitanam super ecclesia Quenintone vertebatur, amicabili compositione interveniente sopita est, ne succedente tempore in dubium revocari possit, nos eam scripto nostro inposterum[1] notitiam deducere decrevimus, eam ratam habentes et sigilli nostri munimine confirmantes, sicut carta venerabilis fratris nostri episcopi Cycestrensis in præsentia ipsius episcopi compositionem illam factam esse testatur. Valete.

DLXXIX. *De eodem.*

A.D. 1261, Jan. 14. Of the same.

Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis vel audituris, W[alterus],[2] divina miseratione Wygorniensis ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino sempiternam.

Cum inter viros religiosos abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ actores ex parte una, et priores et fratres Hospitalis Jerosolomitani in Anglia reos ex altera, super spoliatione duarum marcarum annuæ pensionis quas dicti abbas et conventus a prædictis hospitalariis nomine ecclesiæ de Quenintone solere percipere proponebant, orta fuisset materia quæstionis, et procuratores partium specialem ad hoc habentes potestatem, post varios inter easdem coram diversis judicibus processus habitos, dominos suos nostræ in hac parte ordinationi sive arbitrio submiserint, tam super jure quam possessione pensionis prædictæ, necnon et arreragiis a tempore quo dicti hospitalarii pensionem eandem dictis religiosis subtraxisse dicuntur, prout in instrumento super hoc confecto, et sigilli nostri munimine roborato, plenius continetur; cujus tenor talis est.

Memorandum, quod cum inter viros religiosos abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ ordinis Sancti Benedicti Wygorniensis dyœcesis ex parte una, et priorem et fratres hospitalis Jerosolomitani in Anglia ex altera, super spoliatione duarum marcarum annuæ pensionis de ecclesia de Quenintone ejusdem dyœcesis, suborta fuisset materia quæstionis, ac partibus coram officiali venerabilis patris domini Wygorniensis
f. 146. episcopi ordinario jure cognoscente aliquamdiu litigantibus, a præfatis abbate et conventu mere possessorium judicium intentantibus, et restitui petentibus, pars dictorum hospitalariorum excipiendo proposuit quod coram dicto[3] officiali

---

[1] *inposterum*] inposterorum, MS.

[2] Walter de Cantilupe.

[3] *dicto*] After this word there is a slight erasure in the MS.

respondere non debebant, cum a jurisdictione ordinaria auctoritate Sedis Apostolicæ, cui immediate subjecti sunt, in omnibus causis tam realibus quam personalibus undecunque subortis sint prorsus exempti, ita ut non, nisi coram domino Papa vel ab eo judice delegato, teneantur respondere, quod ut asserebant per exhibitionem privilegii a domino Papa sibi concessi, et eidem officiali in judicium exhibiti, evidenter constabat. Et quia idem officialis ipsos, ut dicebant, super hoc audire recusabat,[1] reputans insuper ipsos contumaces cum non essent, in unam marcam argenti ipsos perperam condemnavit; eorum procurator legitimus, sentiens dominos suos indebite prægravari, dominum Papam ad tuitionem sedem Cantuariensem ut asserebant appellavit. Et demum partibus in præsentia decani de Arcubus Londoniensis officialis, curiæ Cantuariensis commissarii generalis, in causa tuitionis prædicta cognoscentis per procuratores legitime constitutos, et speciale mandatum habentes, sufficienter comparentibus, et præfatam tuitionis causam aliquamdiu agitantibus, tandem inter eosdem lis conquievit in hunc modum; videlicet quod pars dictorum hospitalariorum firmiter ac bona fide promisit, quod citra Pascha proximo futurum, dictis abbati et conventui anni præsentis duarum marcarum prædictam restitueret pensionem, et submiserunt se partes prædictæ venerabili patri domino Wygorniensi episcopo, in quem tanquam in ordinatorem pure et absolute consenserunt, et ejusdem ordinationi seu arbitrio, tam super jure, quam possessione pensionis prædictæ, necnon super cæterorum arreragiorum restitutione se penitus submiserunt, ita quod idem venerabilis pater summatim et de plano, sine strepitu judiciali, super præmissis cognoscens, pronunciet, ordinet, seu arbitretur super eisdem, prout secundum Domini[2] et justitiam, ac secundum jura et rationes partium viderit expedire. Cujus ordinationem seu arbitrium partes bona fide ac sacramento in animas dominorum suorum a procuratoribus præstito, promiserunt firmiter observare, submittentes dominos suos in hac parte coertioni prædicti domini episcopi, quod possit partes præfatas ad observationem omnium et singulorum quæ præmissa sunt per quamcunque coertionem ecclesiasticam sine strepitu judiciali compellere; renunciantes in hac parte exceptioni, cavillationi, appellationi, impetratis, et impetrandis, et omni, tam juris civilis quam canonici, remedio partibus in contrarium competenti seu competituro, salvis in omnibus f. 146 *b.*

[1] *recusabat*] *recusabant* in MS. but the *n* has the sign of erasure.

[2] Query, some omission.

aliis causis et negotiis prædictis priori et fratribus privilegii sibi a Sede Apostolica concessis. Et cum prædictus dominus episcopus, in suam veniens dyœcesim, ibidem contraxerit moram diebus et locis ab eodem[1] partibus præfigendis, comparebunt partes antedictæ cum omnibus rationibus, juribus, et munimentis suis, ejusdem domini episcopi ordinationem seu arbitrium devote suscepturæ.

In quorum omnium testimonium idem venerabilis pater, qui in se suscepit onus prædictum, decanus de Arcubus Londoniæ, et procuratores partium habentes potestatem specialem subiciendi dominos suos ordinationi seu arbitrio domini episcopi supradicti, præsentibus signa apposuerunt.

Datum Londoniæ, die Sabbati proxima post festum Sanctæ Scolasticæ[2] Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono.

Nos Walterus, divina permissione Wygorniensis episcopus, auditis plenius et intellectis partium rationibus, et eisdem diligenter examinatis, communicato virorum prudentum nobis assidentium consilio, Deum habentes præ oculis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen, sic pronunciamus et ordinamus, quod dicti hospitalarii in perpetuum decætero dictis abbati et conventui dictam pensionem duarum marcarum annuatim, nomine ecclesiæ de Quenintone, absque omni contradictione, persolvant hiis terminis, scilicet in festo Annunciationis Dominicæ unam marcam, et in festo Sancti Michaelis unam marcam. Super arreragiis vero pensionis prædictæ jam dudum per dictos hospitalarios præfatis abbati et conventui restituant antedictis. Reservantes nobis potestatem in posterum partes prænotatas ad hujus nostræ ordinationis observantiam, quotiens opus fuerit compellendi.

Acta sunt hæc apud Gloucestriam, partibus præfatis per procuratores sufficientes coram nobis comparentibus, et præmissæ ordinationi expresse consentientibus, in crastino Beati Hyllarii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

DLXXX. *Quedesleya.*

A.D. 1135–1154. Of Quedesleya.

Stephanus, rex Angliæ, R. parvo, salutem.

Si cognoscis quod debeas tenere virgatam terræ quam tenes in Quedesleya de abbate Glocestriæ, tunc præcipio tibi quod desicut abbas dicit quod rectum in ea non habes, aut eas

[1] *ab eodem*] repeated in MS.

[2] *Scolasticæ*] In the MS. the first *c* in this word is interlined.

in curiam ejus dirationare quod tua esse debeat, vel dimitte ei terram suam sicut justum fuerit. Et nisi feceris M[ilo] Gloucestriæ faciat, etc.

DLXXXI. *Quietantia de una hyda in Omenel.*

Notum[1] sit omnibus præsentibus et futuris, quod[2] Galfridus nepos Moysi dimisit Deo, et Sancto Petro, et Willelmo abbati et conventui calumniam quam clamabat in hyda de Omenel, et super altare Sancti Petri liberam et quietam per cultellum posuit, et promisit eam de omnibus hominibus quietam facere, pro anima sua et parentum suorum. Et abbas dedit ei societatem et quinque marcas argenti, etc. Of Omenel. f. 147.

DLXXXII. *De Rugge.*[3]

Henricus, rex Angliæ, T[eoulfo], episcopo de Wyrecestria, et Waltero de Gloucestria, et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Gloucestresyra, salutem. A.D. 1115–1123. Of Rugge.

Sciatis me concessisse Deo, et Sancto Petro, et monachis de Gloucestria, terram de Rugge quam Thomas de Sancto Johanne tenuit de elemosina manerii de Stanedis, et quam reddidit ad prædictam elemosinam. Et volo et firmiter præcipio ut perpetualiter sit in ipsa elemosina, et bene, et honorifice, et ita quiete teneant, cum omnibus consuetudinibus, sicut alias terras suas melius et quietius tenent. Hiis testibus.

DLXXXIII. *De eodem.*

Stephanus, rex Angliæ, justiciariis et vicecomitibus et ministris suis de Gloucestresyra, salutem. A.D. 1135–1154. Of the same.

Præcipio quod ecclesia Sancti Petri de Gloucestria teneat terram suam de Rugge ita bene et in pace, et libere, et quiete, sicut melius tenuit tempore regis Henrici, et sicut

---

[1] This, it will be seen, is a repetition of No. XXX. (*ante*, vol. i. p. 164), with some unimportant variations.

[2] *Ego* is inserted in the MS. before *Galfridus*, but with the sign of erasure.

[3] *Rugge*] Added in the margin in a different hand, and in black ink, the original word having been erased.

carta sua testatur, ne super hoc ponatur in aliquam novam vel injustam [1] consuetudinem.

DLXXXIV. *De eodem.*

A.D. 1154–1189. Of the same.

Henrico, regi Angliæ, duci Normanniæ et Aquitaniæ, et comiti Andegaviæ, domino suo carissimo, Rogerus comes Herefordiæ, salutem.

Sciatis quod ego, et totum hundredum in quo est terra de Rugge, quam Rainaldus de Sancto Walarico calumniatur versus abbatem Gloucestriæ, testificamur, et probare parati sumus, ubi et quando vobis placuerit, et sicut justum fuerit, eandem terram esse membrum villæ de Stanedis, quæ est de abbatia Gloucestriæ, et respondisse semper ab antiquo de consuetudinibus regalibus sicut membrum ejus[dem] villæ. Unde justum videtur, si vobis placet, ut idem abbas habeat inde curiam suam, vel placitum ante justitiam vestram sit in provincia, ubi rei veritas poterit inquiri per comitatum. Valete.

DLXXXV. *De libertate ejusdem loci.*

A.D. 1112. Of the same.

Ego [2] Thomas de Sancto Johanne reddidi Sancto Petro, et fratribus de Gloucestria, terram de la Rugge quæ jacet in Stanedis, in elemosina, solutam et quietam de geldo, et servitio, et omnibus rebus quæ ad me et regem pertinent, perpetualiter, et amodo desinam et quietam faciam ego et hæredes mei erga regem. Hiis testibus.

DLXXXVI. *De quadraginta acris terræ ejusdem loci.*

Of the same. *f.* 147 *b.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Rogerus parvus et Margareta mater [3] mea, dedimus Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloecestriæ,[4] et monachis in ea Deo servientibus, viginti acras terræ ante curiam de Rugge, et viginti retro domum Eulfi [5] de la Felde, quæ erant de dono [6] matris meæ, assensu

---

[1] *vel injustam*] repeated in MS.

[2] The marginal date to this charter is derived from the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 109).

[3] *mater*] *uxor* in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 109).

[4] *Gloecestriæ*] interlined in MS.

[5] *Eulfi*] *Ernulphi* in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 110).

[6] *dono*] The orthography of this word is doubtful in the MS.

Gileberti de Miners domini mei et hæredum meorum, in perpetuam elemosinam possidendas.

Quam donationem quia stabilem manere volo, præsenti scripto et sigilli mei impressione confirmo. Hiis testibus.

DLXXXVII. *De viginti acris de eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Willelmo de Parco, octo acras et dimidiam, quatuor scilicet de dominico nostro de Rugge villa nostra quæ jacent juxta Stockemputte versus septentrionem, et quatuor acras et dimidiam de villenagio ejusdem villæ quæ jacent juxta Stockemputte versus occidentem, pro octo acris et dimidia, quas ab eodem Willelmo recepimus in escambium[1] prædictarum acrarum. Illæ vero acræ quas ab eodem Willelmo recepimus in escambium in diversis locis jacent, tres scilicet acræ jacent juxta curiam nostram de la Rugge, juxta locum qui dicitur Buregrene versus orientem, et quinque acræ et dimidia jacent juxta eandem curiam nostram versus austrum. Memoratus vero Willelmus et hæredes sui aquietabunt terram illam quam ab eo recepimus in escambium ab omnibus servitiis et consuetudinibus quæ sunt vel poni poterunt. Et nos similiter acquietabimus terram illam quam ei tradidimus ab omnibus servitiis et consuetudinibus. Si vero aliquo casu contigerit quod memoratus Willelmus vel hæredes sui memoratam terram nobis warantizare non possint, terra nostra quam idem Willelmus a nobis recepit in escambium sine impedimento et omni reclamatione ipsius vel hæredum suorum ad nos libere revertetur, et terra sua ad ipsum vel ad hæredes suos. Et si nos supradictam terram nostram ei et hæredibus suis warantizare non possimus, terra sua simili modo ad ipsum vel hæredes suos revertetur, et terra nostra ad nos.

Ut autem hoc escambium ratum et inconvulsum in posterum permaneat, et sine dolo et malo ingenio in perpetuum teneatur, præsenti scripto diviso inter nos cyrographo et sigillis nostris utrimque appositis in pleno comitatu Gloucestriæ confirmatum est. Hiis testibus.

DLXXXVIII. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Nicholaus de Sancta Brigida, miles, dedi et concessi, et hac præsenti carta mea

[1] *in diversis locis jacent̃* is inserted in the MS. before *prædictarum*, but with the sign of erasure.

confirmavi, in puram et perpetuam elemosinam, Deo, et
f. 148. ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et abbati et conventui[1] ejusdem loci, pro salute animæ meæ, et Rosemundæ uxoris meæ, et omnium antecessorum meorum et successorum, liberum cheminum et passagium ultra pasturam meam quæ vocatur la Morstrete cum carris, et caretis, equis, bobus, et cæteris animalibus, quotienscunque et quando voluerint. Quæ quidem pastura jacet inter Rodmore pratum meum et terram meam quæ vocatur Morcroft. Quod cheminum incipit apud Slobroc terram prioris Malverniæ, et extendit in longitudine usque ad Trondesham dominicum pratum dictorum abbatis et conventus Gloucestriæ; tenendum et habendum dictum cheminum et passagium dictis abbati et conventui Gloucestriæ libere et quiete, absque contradictione vel calumnia mei vel hæredum meorum aut successorum.

Et ut hæc mea donatio, confirmatio, et concessio, etc. Hiis testibus.

DLXXXIX. *De eodem, scilicet de bosco.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Robertus de la Felde, assensu et voluntate hæredum meorum, concessi Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, quandam portionem bosci mei de la Rugge, videlicet totam illam partem quæ est inter curiam eorundem monachorum apud Rugge et cheminum regalem; qui scilicet cheminus dividit inter prædictam portionem et residuum boscum meum. Hanc autem portionem tenebunt prædicti monachi de me et hæredibus meis, liberam et quietam ab omni servitio, et exactione, et consuetudine, et gravamine, in perpetuum.

Quod quia ratum esse volo, præsenti scripto sigilli mei impressione munito confirmavi, etc.

DXC. *De Rudeforde.*

A.D. 1186 –1199. Of Rudeford.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, W[illelmus],[2] Dei permissione Herefordensis ecclesiæ minister humilis, æternam in Domino salutem.

---

[1] *conventui*] contui, MS. | [2] William de Vere.

Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, nos, ad præsentationem venerabilis fratris Thomæ, Dei gratia abbatis et conventus Gloucestriæ, ad quos jus advocationis ecclesiæ de Rudeford pertinere dinoscitur, absque omni contradictione recepisse dilectum in Christo filium magistrum Ambrosium ad ecclesiam de Rudeforde, ipsumque in eadem ecclesia personam auctoritate nostra episcopali canonice instituisse.

Quod quia perpetuæ stabilitatis robur volumus obtinere, præsenti scripto et sigillo nostro confirmare et corroborare curavimus, etc.

DXCI. *De eodem.*

A.D. 1148–1179. Of the same. f. 148 *b.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Hamelinus, Dei gratia abbas Gloucestriæ et conventus Sancti Petri, concessimus Nicholao filio Lecelinæ, quatuor acras in Rodeforde, libere et quiete, in feodo et hæreditate, de tenendos[1] pro duobus solidis per annum, quos quatuor terminis reddet,[2] ad festum Sancti Michaelis sex denarios, ad festum Sancti Andreæ sex denarios, in Annunciatione Sanctæ Mariæ sex denarios, in Nativitate Beati Johannis Baptistæ sex denarios. Ipse vero Nicholaus renunciavit juri et calumniæ quam habebat in duas acras terræ de Rodeforde et dimidiam acram prati, et prædictas quatuor acras quas ei concessimus de servitio quod ad regem pertinet aquietabit, etc.

DXCII. *De eodem.*

A.D. 1148–1179. Of the same.

Sciant[3] præsentes et futuri, hujusmodi conventionem inter monachos Gloucestriæ et Walterum Barbe factam esse, quod ipse Walterus reddidit ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ dimidiam hydam terræ in Coberleya, et omnes conventiones quæ inter ipsum et monachos Gloucestriæ de præterito factæ fuerunt. Siquid etiam juris habuit in terra quam Bernardus[4] pater ejus in Hardepire et Maiesmore tenuisse dicitur, et ipse Walterus et Willelmus hæres ejus in capitulo coram subscriptis testibus abjuraverunt, et fidelitatem domino Hamelino

---

[1] *de tenendos*] The correct reading is most probably *de nobis et successoribus nostris tenendas.*

[2] *reddet*] redet, MS.

[3] This charter, it will be seen, is a repetition of No. CXXXIII. (*ante*, vol. i. p. 231), with variations.

[4] Here, in the margin, is inserted in a later hand *Barbz place.*

abbati et conventui toti fecerunt, et hoc idem ubi et quando et coram quibus abbas et conventus voluerint faciet, a junioribus etiam filiis suis cum ad ætatem venerint id ipsum fieri faciet. Abbas vero Hamelinus et conventus Gloucestriæ concesserunt eidem Waltero duas virgatas terræ in Rodeford hæreditario jure, liberas et quietas ab omni servitio, de nobis tenendas, excepto quod intra comitatum Gloucestriæ quotiens competenter summonitus fuerit, serviet solus vel cum monacho equo proprio et sumptibus abbatis. Similiter ad Londoniam, et Wyntoniam, et ad Sanctum Paternum, semel in anno ibit, si sibi jussum fuerit, et corredium sibi et homini et equo suo duabus vicibus in mense[1] si ad ipsos venerit, sicut alii liberi homines ecclesiæ Gloucestriæ, habebit.

Hujus rei testes sunt, etc.

DXCIII. *De eodem.*

A.D. 1219–1234. Of the same.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, H[ugo],[2] Dei gratia Herefordensis episcopus, æternam in Domino salutem.

Cum[3] anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo decimo nono, inter venerabilem virum H[enricum],[4] abbatem et conventum Gloucestriæ ex una parte, et magistrum Walterum de Gersintone rectorem ecclesiæ de Rodeforde ex altera, super decimis quorundam assartorum et molendinorum et fœni in parochia de Rodeforde, et quodam servili obsequio quod auxilium abbatis nuncupatur, et libera moltura, et quodam
f. 149. horto apud Ledene, et pastura in dominico ejusdem abbatis, et rebus aliis,[5] quæstio coram nobis verteretur, partibus in præsentia nostra sufficienter constitutis, tam ad componendum quam ad litigandum, decimo octavo kalendas Maii, tandem lis amicabiliter conquievit hoc fine, videlicet quod abbas et conventus Gloucestriæ concesserunt dicto magistro Waltero et suis successoribus, in ecclesia de Rodeforde, decimas fœni de pratis habitis a rusticis de Hamme infra parochiam de Rodeforde. Præterea exactionem prædicti servilis obsequii quod ipsi a præfato magistro Waltero exegerunt, quietam eidem quoad vixerit clamaverunt, salvo post decessum ipsius

[1] *mense*] mensa, MS.

[2] Hugh Foliot.

[3] In the margin here is inserted in a later hand this note, *Molendinum de Rudforde contra rectorem pro xi. solidis.*

[4] Henry Blont.

[5] *aliis*] repeated in MS., but the redundant word is marked with the sign of erasure.

Walteri jure tam ecclesiæ Gloucestriæ quam ecclesiæ de Rodeforde; item decem marcas quas idem abbas et monachi ab eodem Waltero petierunt nomine pœnæ cujusdam arbitrii quam asserebant fuisse commissam, gratis eidem Waltero remiserunt. Magister vero Walterus remisit dicto abbati et conventui gratis et absolute omnia ea super quibus eis moverat controversiam, exceptis decimis fœni pratorum infra parochiam de Rodeford, sicut superius dictum est; salvis ecclesiæ de Rodeforde libertatibus et consuetudinibus quas tempore istius compositionis habere dinoscebatur.

Et ut ista compositio robur obtineat firmitatis, eam auctoritate pontificali confirmamus.

Et in hujus rei testimonium perpetuum sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Et ad majorem securitatem, diviso inter nos cyrographo, sigilla earum eidem appendi fecimus, cujus unam[1] partem, sigillo nostro et sigillo prædicti Walteri signatam, prædictis abbati et conventui Gloucestriæ tradidimus, alteram vero, sigillo nostro et sigillo dictorum abbatis et conventus munitam, prædicto Waltero contulimus. Hiis testibus, etc.

DXCIV. *Radenovere.*

Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, Philippum de Bra[o]isa[2] ecclesiæ Sancti Petri et monachis Gloucestriæ quendam burgensem apud Radenoveram in elemosina dedisse, solutum et quietum ab omnibus querelis et consuetudinibus, præter de excubia ac de clamore cum omnibus suis rebus, et terra, et duodecim denariis de prætore ejusdem villæ ad terminum festi Sancti Johannis annuatim unde emant fœnum ad equos pascendos dum ibunt ac redibunt. Of Radnor.

Hæc autem concessio facta est, etc.

DXCV. *Rodele.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos J[ohannes], Dei gratia abbas Sancti Petri Glocestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus, Ricardo Heved de Rodele, pro homagio et Of Rodele.

[1] *unam*] alteram, MS.

[2] *Bra*[*o*]*isa*] The fourth letter of this word is doubtful, being slightly obliterated in the MS. In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 110) it is written *Breuse.*

f. 149 *b.* servitio suo, medietatem passagii nostri de Newenham cum quodam mesuagio et curtillagio quæ pertinent ad manerium nostrum de Rudele ; tenendam et habendam dictam medietatem passagii, una cum mesuagio et curtillagio et omnibus suis pertinentiis sibi et hæredibus suis, de nobis, libere, quiete, bene, et integre, ab omni exactione et sæculari demanda ad nos inde pertinente, sicut idem Ricardus et antecessores sui tenere solebant ; salvo monachis Gloucestriæ libero passagio et familiæ suæ et propriæ familiæ abbatis, quotiens venerit.

Reddendo inde annuatim sacristæ nostro qui pro tempore fuerit decem solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos ; videlicet ad festum Sancti Michaelis duos solidos et sex denarios, et ad Natale Domini duos solidos sex denarios, et ad Annunciationem Beatæ Mariæ duos solidos et sex denarios, et ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ duos solidos sex denarios. Idem vero Ricardus et hæredes sui omnia onera medietatem dicti passagii contingentia suis sumptibus sustinebunt. Item idem etiam Ricardus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem neque ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent, et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram sequentur.

In cujus rei testimonium, etc.

DXCVI. *Radeham.*

Of Radeham. Sciant præsentes et futuri, quod ego Lucas de Clanefelde dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Waltero filio meo, pro servitio suo et homagio, unam virgatam terræ in villa de Radeham cum omnibus pertinentiis suis, et unam acram terræ quæ se extendit supra viam juxta terram quæ fuit Ricardi in villa de Est Radeham, et medietatem bosci mei in aquilonali parte unius viæ quæ vadit et venit de West Radeham ; habendam[1] et tenendam sibi et hæredibus suis, de me et hæredibus meis, libere, quiete, bene, et in pace.

Reddendo mihi inde per annum xviii. denarios quos Robertus Ruffus aliquando solebat reddere ad festum Beati Michaelis pro omni servitio et consuetudine, salvo servitio domini regis. Et si forte humanitus de prædicto Waltero contigerit quod non

[1] After *habendam* there is a slight erasure in the MS.

habeat hæredem de seipso, descendat terra prædicta cum omnibus pertinentiis duobus fratribus suis in hæreditatem, scilicet Roberto et[1] Willelmo. Hanc terram prædictam cum omnibus pertinentiis suis debeo ego Lucas de Clanefelde et hæredes mei warantizare prædicto Waltero et hæredibus suis contra omnes mortales.

Et ut hæc mea, etc.

DXCVII. *Stanedis, Otintone, etc.*[2]

A.D. 1157–1181. Of Standish and others. f. 150.

Rogerius,[3] Dei gratia Eboracensis archiepiscopus, et Robertus secundus decanus,[4] et totum Eboracensis ecclesiæ capitulum, universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, salutem et benedictionem.

Ne quod ad ecclesiæ pacem perpetuam et quietem pia bonorum sollicitudine procuratum est, valeat in posterum quacunque cujuslibet machinatione, dolo, vel malignitate rescindi, scripto præsenti testificandum et vestræ communicandum notitiæ duximus, quis protractæ aliquamdiu inter Eboracensem ecclesiam et Gloucestriam supra hiis terris Berthone, Stanedis, Lecche, Otintone, controversiæ finis extiterit. Illustris siquidem et carissimi domini nostri regis Anglorum Henrici secundi, episcoporum etiam quibus erat[5] a domino Papa Adriano quarto causæ ipsius cognitio delegata, Roberti videlicet Bathoniensis, Jocelini Saresburiensis,[6] Roberti Exoniensis,[7] aliorum quoque plurimorum consilio, et monitis acquiescentes, elegimus amicali magis compositione rem finire, quam in alterutrius partis gravamen sententiæ judicialis ambiguo fini submittere.

Transactionis itaque modus hic est.

Ecclesia Gloucestriæ, de terris ipsis quæ in calumnia fuerant, concessit viginti quatuor libratas Eboracensi ecclesiæ, pro quibus dedit ei totam Otintonam cum hominibus qui in ea erant et omnibus pertinentiis suis,[8] et duas hidas terræ in Cundicote cum pertinentiis eorum, et totam Scerdintonam

---

[1] *et*] interlined in MS.

[2] This is taken from the running title at the top of the page, but the MS. has incorrectly *De eodem*.

[3] Roger of Bishopsbridge.

[4] Most probably Robert Botivelein, dean of York, who died A.D. 1186. Vide Leneve's *Fasti*, vol. iii. p. 120.

[5] *quibus erat*] repeated in MS.

[6] Joscelin de Bailul.

[7] Robert Warlewast.

[8] *in eadem Eboracensi ecclesia* is inserted in the MS. before *et duas*, but with the sign of erasure.

cum hominibus qui in ea erant et omnibus pertinentiis suis in eadem Eboracensi ecclesia, a lite quam adversus Glocestrensem ecclesiam intendant, omnino recedent. Ecclesia vero Eboracensis, in præsentia regis et totius curiæ ipsius audientia, calumniæ et juri siquid habebat in Berthone, Stanedis, et Lecche, sive membris earum et appendiciis omnibus atque pertinentiis præter supramemoratam Serdintonam, in perpetuum renunciavit ex toto, ita nimirum quod nunquam ab hac deinceps compositione resiliet; neque per se, neque per alium futuris temporibus Gloucestrensis ecclesiæ super hiis quæ prædiximus ullam omnino molestiam, inquietudinem, vel controversiam suscitabit.

Hæc autem facta fuerunt anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo septimo, idus Decembris, apud Gloucestriam, sub præsentia, sicut dictum est, regis et eorum quos supramemoravimus episcoporum, testimonio etiam venerabilium virorum Gileberti Herefordensis,[1] Nicholai Landavensis[2] episcoporum, Rogerii Teokesbiriæ, Reginaldi Persorensis, Gervasii Wynchecumbensis, Reginaldi Radingensis abbatum,
f. 150 *b*. Radulfi Herefordensis, Yvonis Wellensis[3] decanorum, Rogeri de Ramesbiria, Jordani Saresbiriensis archidiaconorum, Petri Bathoniensis, Walteri Abbendoniensis priorum, Hugonis de Clifforde, Gaufridi de Clifforde canonicorum Herefordiæ, Radulfi Anglici, Petri fratris episcopi Exoniensis, canonicorum Exoniæ, Roberti comitis Ligrecestriæ, Patricii comitis Saresbiriensis, Henrici de Exessa constabularii regis, Humfridi de Bohun, Ricardi de Lucy, Ricardi de Humez, Henrici de Pontefracto, Walteri de Herefordia, W. de Bellicampo, Willelmi filii Johannis, Henrici de Oilly, Helyæ Giffardi, et Heliæ filii ejus, Rogeri de Berkelay, baronum regis, Roberti de Wattevilla, Henrici de Herefordia, Manaser Biseth dapiferorum regis.

Compositionem hanc per memet ipsum et eos qui mecum gerebant istud Eboracensis ecclesiæ negotium, scilicet Willelmum cantorem Eboracensem, Johannem thesaurarium, Robertum tunc quidem archidiaconum, postea vero decanum Eboracensem, et Thomam præpositum Beverlaci et regis cancellarium, Willelmum archidiaconum Notinghamiæ, Johannem filium Letoldi canonicum Eboraci, Osbertum[4] Arundel canonicum Beverlaci, primo quidem coram curia regis hinc inde concessam, deinde vero tam assensu totius capituli quam

[1] Gilbert Foliot.

[2] Nicholas ap Gurgant or Gwrgant.

[3] First dean of Wells.

[4] *Osbertum*] The last part of this word has been erased in the MS.

sigillo ecclesiæ Eboracensis in ea quæ sequenti anno, pridie nonas Maii, celebrata fuit Eboraci synodo, roboratam, ut rata sit et in perpetuum inconcussa permaneat, ego Rogerius archiepiscopus Eboracensis impressione sigilli mei subscriptione manus propriæ confirmavi.

DXCVIII. *De eodem.*

A.D. 1066–1087. Of the same.

Willelmus,[1] rex Anglorum, Wlstano episcopo Wygorniæ, et W[illelmo] filio Osberti,[2] et omnibus baronibus et ministris suis de Gloucestria et de Wyrecestresyra,[3] salutem.

Sciatis me concessisse, et reddidisse, atque confirmasse, Deo, et Sancto Petro de Gloucestria, et Serloni abbati, et monachis ejusdem ecclesiæ, omnes terras suas quas Thomas archiepiscopus Eboracensis injuste tenebat, scilicet Lecche, Otintona,[4] Stanedis,[5] cum omnibus eisdem pertinentibus, sic solutas et quietas, sicut ante me recognitum est easdem terras ad ecclesiam præfatam Sancti Petri de Gloucestria [a][6] sui principio pertinuisse, et eundem archiepiscopum nullum jus in illis terris habuisse. Quare volo et firmiter præcipio ut ecclesia prænominata de Gloucestria has supradictas terras cum omnibus sibi pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, et honorifice teneat, cum sacca,[7] et socna, et tollio, et theam,[8] et infangeneþcof,[9] et cum omnibus rectitudinibus, legibus, et consuetudinibus, quas eidem ecclesiæ nostra regia potestate concessi. Et defendo super hoc ne aliquis ei injuriam vel torturam sive calumniam faciat super forisfacturam meam.

[Testibus Lanfranco archiepiscopo, Galfrido episcopo de Constantiis, et Roberto comite de Moretane.][10]

---

[1] Other copies of this and the following charters, to No. DCX. inclusive, (except No. DCIV.,) are also contained in Gloucester Cathedral Register B, from which the collation is derived.

[2] *Osberti*] Osberni, Reg. B.

[3] *Wyrecestresyra*] Wygrecestrasira, Reg. B.

[4] *Otintona*] Otynton, Reg. B.

[5] *Stanedis*] Stanediche, Reg. B.

[6] *a*] Supplied from Reg. B.

[7] *sacca*] saca, Reg. B.

[8] *theam*] team, Reg. B.

[9] *infangeneþcof*] inpangenedeor, Reg. B.

[10] *Testibus . . . . . Moretane*] Supplied from Reg. B. Instead of this clause the cartulary has simply *Hiis testibus*. The charter is also inspected by the patents and charters previously mentioned (vol. i. p. 149, note).

DXCIX. *De eodem.*

A.D. 1120–1121. Of the same. f. 151.

Henricus,[1] rex Angliæ, Theoldo episcopo Wygorniæ, et Waltero Gloucestriæ, et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Gloucestresira, salutem.

Sciatis me concessisse abbati de Gloucestria et monachis suis tenere in dominio terram totam quam Rogerus Baiocensis tenuit de Thoma archiepiscopo Eboracensi de manerio Sancti Petri de Stanedis,[2] videlicet Mortone, et Rendewiche,[3] et totam aliam terram quibuscunque illam dedit. Et volo, et concedo, et[4] firmiter præcipio, ut perpetualiter sit in elemosina amodo. Et prohibeo ne inde amodo placitent pro aliquo brevi vel præcepto.

[Testibus Radulpho archiepiscopo Cantuariæ, et Bernardo episcopo de Sancto David et aliis.][5]

DC. *De eodem.*

A.D. 1135–1150. Of the same.

Stephanus, rex Anglorum, S[imoni] episcopo Wygorniensi,[6] et M[iloni] Gloucestriæ,[7] et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Gloucestresira,[8] salutem.

Sciatis me concessisse abbati Gloucestriæ et monachis suis tenere in dominio terram totam[9] quam Rogerus Baiocensis de Thoma archiepiscopo Eboracensi tenuit de manerio Sancti Petri de Stanedis,[10] scilicet Mortone, et Rendewike,[11] et totam aliam terram quibuscunque illam dedit. Et volo, et concedo, et firmiter præcipio, ut perpetualiter sit in[12] elemosina amodo. Et prohibeo ne inde placitent versus aliquem pro aliquo brevi vel præcepto, sicut carta regis Henrici testatur et præcipit.

[Testibus R. cancellario, et W. Marc' apud Bureford, etc.][13]

---

[1] The marginal date to this charter is derived from the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 100).

[2] *Stanedis*] Stanedish, Reg. B.

[3] *Mortone et Rendewiche*] Mortonam et Rennewyk, Reg. B.

[4] *et*] omit. Reg. B.

[5] *Testibus . . . . aliis*] Supplied from Reg. B. Instead of this clause the cartulary has simply *Hiis testibus.*

[6] *Wygorniensi*] Wirec', Reg. B.

[7] *Gloucestriæ*] Gloecestriæ, Reg. B.

[8] *de Gloucestresira*] Gloec', Reg. B.

[9] *terram totam*] totam terram, Reg. B.

[10] *Stanedis*] Stanedish, Reg. B.

[11] *Rendewike*] Rennewycam, Reg. B.

[12] *in*] omit. Reg. B.

[13] *Testibus . . . . etc.*] Supplied from Reg. B. Instead of this clause the cartulary has simply *Hiis testibus.*

DCI. *De eodem.*

Venerabilibus et dilectis fratribus Hyllario Cycestrensi, et Roberto[1] Lincolniensi, Dei gratia episcopis, Johannes,[2] eadem gratia Wygorniensis ecclesiæ minister, salutem et dilectionem.[3] A.D. 1151–1157. Of the same.

Veniens ante præsentiam nostram senex quidam, Thovi[4] nomine, in multorum audientia publice confessus est se, a quibusdam circumventum, adversus ecclesiam Gloucestriæ contra propriam conscientiam jurasse; et cum postea ægritudine laboraret inter cætera unde periculum animæ suæ imminebat, juramentum illud ad memoriam revocasse, et quia in eo se graviter deliquisse intelligebat, pœnitentia ductus in satisfactionem propriæ culpæ quam[5] ex eodem juramento contraxerat, item[6] spontanea voluntate juravit quod in controversia quæ inter archiepiscopum Eboracensem et monachos Gloucestriæ agitatur, nunquam deinceps testimonium diceret, neque in aliquo staret adversus prædictam ecclesiam. Deinde a quodam Aylwardo[7] canonico Sancti Oswaldi tertio jurare compulsus est, quod secundo juramento posthabito, a primo non discederet, immo Eboracensi archiepiscopo ad libitum et summonitionem[8] ipsius adversus prædictam ecclesiam testimonium perhiberet. Eundem quoque Ailwardum[9] quatuordecim sibi annorum pœnitentiam propter idem secundum juramentum quod fecerat injunxisse dicebat.

Nos autem ab[10] ea pœna, velut extraordinaria, penitus eum absolvimus, consulentes ut medium juramentum juxta conscientiæ suæ veritatem factum observaret, et tertium juramentum ab eo violenter extortum[11] negligeret, et in pœnam perjurii in tertio juramento commissi, pœna condigna eum oneravimus. Hujus itaque confessionis in præsentia nostra multis audientibus in hunc modum factæ seriem et veritatem vestræ discretioni duximus [intimandam],[12] quibus prædictæ causæ cognitionem a domino Papa delegatam esse cognovimus, ut si quando prædictus Tovi[13] in testimonium adversus ecclesiam Gloucestriæ f. 151 *b*.

---

[1] Robert de Chesney.
[2] John de Pagham.
[3] *dilectionem*] benedictionem, Reg. B.
[4] *Thovi*] Towy, Reg. B.
[5] *quam*] quod, MS.
[6] *item*] iterum, Reg. B.
[7] *Aylwardo*] Edwardo, Reg. B.
[8] *summonitionem*] submonitionem, Reg. B.
[9] *Ailwardum*] Edwardum, Reg. B.
[10] *ab*] sub, Reg. B.
[11] *extortum*] exortum, MS.
[12] *intimandam*] Supplied from Reg. B.
[13] *Tovi*] Towy, Reg. B.

productus fuerit, ex prædictis quanta fides adhibenda sit ejus testimonio, attendatis. Valeatis, etc.[1]

DCII. *De eodem.*

A.D. 1145–1153. Of the same.

Reverentissimo patri et domino Eugenio[2] Summo Pontifici, frater Rogerus abbas Teokesburiæ,[3] debitam voluntaria subjectione reverentiam.[4]

Sciens neminem debere confundi coram sublimitate vestra pro veritate testimonium perhibeo veritati. Quinquaginta nimirum et[5] sex annis in confinio Gloucestriæ vivens in habitu religionis, omnibus hiis vidi Gloucestrensem ecclesiam terras istas Otintonam,[6] Lecche, et Stanedis,[7] continue tanquam proprias tenuisse. Nihilominus etiam quantum et patrum scriptis et eorundem narratione firmari potest, indubitanter agnovi quod easdem retroactis temporibus ex antiqua Merciorum principum donatione possederint. Hæc itaque vera sciens esse tanquam vera testificor.

Valeat vestra paternitas, etc.[8]

DCIII. *De eodem.*

A.D. 1145–1153. Of the same.

Patri suo et domino Summo Pontifici Eugenio, frater Thomas de Peresore[9] dictus abbas, et fratrum ejusdem ecclesiæ conventus humilis, voluntarium siquid possunt[10] humili devotione servitium.

De querela quam adversus ecclesiam Gloucestriæ movit archiepiscopus Eboracensis, tam scriptorum veritate, quam fide digna relatione, ita nos prædecessorum nostrorum certificavit auctoritas, quod aliquatenus dubitare non possumus prædictam ecclesiam nihilominus[11] juris habere in terris quas calumniatur dominus Eboracensis, videlicet Lecche, Stanedis,[12] et Otintone, quam in hiis de quibus constat quod eas continue a prima sui fundatione tenuerit. Nam sub rege

[1] *Valeatis, etc.*] Valeat vestra fraternitas, Reg. B.

[2] Eugenius III.

[3] *Teokesburiæ*] Theokesbury, Reg. B.

[4] *reverentiam*] obedientiam, Reg. B.

[5] *et*] omit. Reg. B.

[6] *Otintonam*] Otyntunam, Reg. B.

[7] *Stanedis*] Stanedish, Reg. B.

[8] *etc.*] omit. Reg. B.

[9] *de Peresore*] Perscore, Reg. B.

[10] *siquid possunt*] siquod possint, Reg. B.

[11] *nihilominus*] repeated in MS.

[12] *Stanedis*] Stanedishe, Reg. B.

Merciorum Adelredo,[1] emensis inde jam quadringentis, et eo amplius annis a subregulo Hunctiorum[2] [Osrico][3] qui regnum postea Nordanhimbrorum[4] obtinuit, in quibusdam earum fundata, quibusdam vero a quodam[5] Ælmundo[6] ingeldinc,[7] et rege itidem Merciorum Bernulfo[8] postmodum ampliata, omni etiam ætate nostra sic[9] easdem continue possedit, quod nunquam f. 152.
eis ad momentum destituta fuit. Habet hujusmodi Gloucestriæ ecclesia rationes quibus prædictarum terrarum tam possessionem quam integrum sibi jus suum conservari posse confidit, si ei solummodo patrocinii vestra gratia non defuerit, cujus si ad meritum sanctitas vestra respexerit, credimus quod facile a vobis opem quam desiderat impetrabit. Ipsa namque, tam disciplinæ regularis observantia, quam sustentatione pauperum hospitalitate laudabili,[10] omnium se bonorum favore dignam semper exhibuit, et universorum quos optimo suæ sanctitatis odore perfudit in amorem sui animos et corda convertit. Hæc quia vera scimus, tanquam vera testificamur opportuno loco et tempore testimonium nostrum eo quo decreveritis modo probaturi.

Valeat in æternum sanctitas vestra [in Christo dilecte pater].[11]

DCIV. *De eodem.*

Eugenio, Dei gratia Summo Pontifici patri suo et domino, Robertus[12] abbas Alencestriæ, devotum animum et ad obediendum domino patrique pronitissimum. A.D. 1145–1153. Of the same.

Sublimitati vestræ, dilecte pater, notum facimus, quod omnibus propemodum ecclesiis in episcopatu Wygorniensi certum esse non dubitamus, siqua namque fides antiquitati habenda est, siqua patribus quibus in ordine et religionis

[1] *Adelredo*] Aldredo, Reg. B.

[2] *Hunctiorum*] A corrupt reading of *Huicciorum* or *Wicciorum* (*ante*, vol. i. pp. 3, 4).

[3] *Osrico*] Supplied from Reg. B. A blank is left in the cartulary for this word.

[4] *Nordanhimbrorum*] Nordanhumbrorum, Reg. B.

[5] *a quodam*] repeated in MS.

[6] *Ælmundo*] Almundo, Reg. B.

[7] *ingeldinc*] So in MS. Evidently a corrupt reading. In Geldinge, Reg. B. See appendix to introduction (vol. i. p. lxxiii.) "Similiter "etiam postea Ælmund in Geld- "inge xxx. tributariorum."

[8] *Bernulfo*] Bernulpho, Reg. B.

[9] *sic*] sit, MS.

[10] *laudabili*] laudabilis, Reg. B.

[11] *in . . . . pater*] Supplied from Reg. B. The cartulary has simply *etc.*

[12] Robert, the first abbot of Alcester in Warwickshire.

institutione successimus exhibenda auctoritas, eorum etiam quæ ob veritatis attestationem in scripta publica redacta sunt, si quomodo fida relatio de jure Gloecestrensis ecclesiæ in terris hiis Stanedis, Lecche, Ottintona, dubitare non convenit quam a diebus antiquis in hiis fundatam et hiis Merciorum regum largitione dotatam, cronicorum recordatio et prædecessorum nostrorum attestatio ad nos devoluta convincit. Cunctis quippe diebus nostris Gloucestrensem ecclesiam prædictas terras continue usque hodie possedisse cognovimus, et eam, ut dictum est, ab exordiis suis in hiis fundatam, scriptis et patrum testimoniis intelleximus; et ne in præsentia vestra obscuritatem veritas patiatur, sublimitati vestræ tam visa quam audita significamus, quæ etiam juxta mandati vestri auctoritatem, si fuerit opportunitas concessa, probare parati sumus.

Ad honorem Ecclesiæ suæ paternitatem vestram per longa tempora incolumem divina conservet gratia, in Christo, dilecte pater.

DCV. *De eodem.*

Of the same.

Universis Sanctæ Ecclesiæ filiis, humilis Lanthoniensis conventus.

In veritatis testimonio stare est, in conventu nostro frater quidam concanonicus noster W. filius Odonis vocatus, vir magnus dum sæculo militaret, major autem modo Deo serviens, qui regi Willelmo secundo collateralis puer[1] audivit totam abbatiam Gloucestriæ archiepiscopo Eboracensi[2] a sede sua tempore persecutionis fugato,[3] tunc abbate vacantem, ad sui sustentationem committi. Pace autem reformata, rediit archiepiscopus[4] ad propria, monachis omnia quæ acceperat sine diminutione relinquens. Et exinde, sicut asserit prædictus frater, lxv. annis [transactis][5] monachi prædicti quiete et inconcusse res suas possederunt, nominatim Stanedis,[6] Lecche, Berthone,[7] Otintone,[8] quæ proprii esse juris ecclesiæ Gloucestriæ testatur.

f. 152 *b.*

[1] *collateralis puer*] puer collateralis, Reg. B.

[2] Ealdred or Alred, archbishop of York, as well as bishop of Worcester, of which sees he was deprived by the pope. (Vide Leneve's *Fasti*, vol. iii. p. 97.)

[3] *fugato*] fugate, MS.

[4] *archiepiscopus*] archidiaconus, Reg. B.

[5] *transactis*] Supplied from Reg. B.

[6] *Stanedis*] Stanedish, Reg. B.

[7] *Berthone*] Bertone, Reg. B.

[8] *Otintone*] Otyntone, Reg. B.

Hæc ad notitiam præsentium et futurorum scripta et sigillo nostro signata relinquimus.

Hæc frater sæpedictus in conspectu omnium loco et tempore paratus erit probare, sicut jus dictaverit et ratio. Valeatis, [et mutuum orationis munus nobis impendite.][1]

DCVI. *De eodem.*

A.D. 1113–1130. Of the same.

Notum sit omnibus præsentibus et futuris, quod ego[2] Willelmus Brito et Ernilda[3] uxor mea dereliquimus[4] Deo, et Sancto Petro, et domino abbati W[illelmo],[5] et conventui, hidam terræ in Stanedis quam ipsa fœmina maritali jure clamabat. Hanc in perpetuum solutam et quietam super altare Sancti Petri ambo posuerunt, et jurejurando firmaverunt nunquam se inde aliquam inquietudinem vel calumniam molituros, neque per se neque per aliquem parentum aut amicorum suorum. Ipse vero abbas Willelmus tradidit eis ad feodi firmam Bramptone[6] pro centum solidis unoquoque anno quamdiu uterque eorum vivet, ita quod eodem sacramento firmaverunt se nullo ingenio aliquem parentum suorum immissuros qui post decessum eorum aliquam inde requisitionem vel calumniam faciant. Et quando quilibet eorum obierit, cum parte suberæ suæ a nobis honorifice ut frater sepelietur. Et post utriusque decessum terra ipsa cum omnibus quæ in ea habuerint Sancto Petro soluta et libera remanebit. Eodem quoque sacramento firmaverunt nullam injuriam, nullam moram, se facturos pecuniæ statutis terminis reddendæ.

Hujus conventionis, coram Deo et Sanctis ejus confirmatæ, testes et fidejussores facti sunt [Paganus filius Johannis cui etiam de hoc idem Willelmus fidem suam dedit et Walterus constabularius, Milo filius ejus et multi alii.

Hii sunt autem termini pecuniæ reddendæ, ad festum Sancti Andreæ viginti solidi, Ramis Palmarum viginti solidi ad Pentacosten viginti solidi, Nativitatem Sancti Johannis viginti solidi, Nativitas Sanctæ Mariæ viginti solidi.][7]

---

[1] *et . . . . impendite*] Supplied from Reg. B. The cartulary has simply *Valeatis, etc.*

[2] *ego*] omit. Reg. B.

[3] *Ernilda*] *Ermilda* in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 111).

[4] *mea dereliquimus*] ejus dereliquerunt, Reg. B.

[5] William Godemon.

[6] *Bramptone*] Brantunam, Reg. B.

[7] *Paganus . . . solidi*] Supplied from Reg. B.

DCVII. *De eodem.*

A.D. 1145–1153. Of the same.

Eugenio, Dei gratia Summo Pontifici, patri suo et domino, Radulphus, prior et conventus Sanctæ Mariæ Wygornensis ecclesiæ, salutem et debitæ famulatum obedientiæ.

Sanctæ sublimitati vestræ, pater reverentissime, scripto notificamus quæ vel scriptis vel patrum testimoniis vera esse intelligere potuimus de jure Gloucestrensis ecclesiæ in hiis terris, videlicet Stanedis, [1]Lecche, et Otintona.[2] Siquidem
f. 153. cronicorum recordatione et prædecessorum nostrorum attestatione didicimus Gloucestrensem ecclesiam a diebus antiquis in hiis supradictis terris fuisse fundatam, et regum Merciorum largitione hiis dotatam. Cunctis etiam diebus nostris [vidimus][3] et cognovimus eandem Gloucestrensem ecclesiam prænominatas terras continue usque hodie possedisse, et eam, ut diximus, ab exordiis suis in hiis fundatam fuisse. Hæc ita constare quemadmodum vestræ sublimitati suggerimus, juxta vestræ discretionis auctoritatem et prudentiæ dispensationem, probare parati sumus.

Valeat per longa tempora ad honorem Ecclesiæ suæ piissima paternitas vestra, etc.[4]

DCVIII. *De eodem.*

A.D. 1145–1153. Of the same.

Patri suo et domino Summo Pontifici E[ugenio], frater Ricardus, Eveshamensis[5] ecclesiæ dictus prior, et humilis ejusdem ecclesiæ conventus, debitum in omnibus obedientiæ famulatum.

Fratrum, domine, caritate commoniti testimonium damus veritati, testificantes cum fiducia quod ab illis certa relatione cognovimus, de quorum probata religione non dubitamus. Constat enim quod maneria illa quæ sibi vendicat dominus Eboracensis, scilicet Lecche, Stanedis,[6] et Otintone,[7] ad dominium Gloucestrensis ecclesiæ [de][8] legitima ratione pertineant, ea namque sibi a longe retroactis temporibus[9] Merciorum prin-

[1] *Stanedis*] Standische, Reg. B.

[2] *Otintona*] Otyntone, Reg. B.

[3] *vidimus*] Supplied from Reg. B.

[4] *piissima . . . . etc.*] pia paternitas vestra, serenissime pater, Reg. B.

[5] *Eveshamensis*] Eoveshamnensis, Reg. B.

[6] *Stanedis*] Stanedish, Reg. B.

[7] *Otintone*] Otyntone, Reg. B.

[8] *de*] Supplied from Reg. B.

[9] *retroactis* is inserted in the MS. before *Merciorum*, but with the sign of erasure.

cipum largitione donata, cunctis utique[1] diebus vitæ nostræ sic tenuit ut eorum possessione continua, nec ad momentum aliquando destituta sit. Hæc vulgo nota sunt, adeoque omnibus ista inculcavit antiquitas, ut pauci[2] sint apud nos qui non hæc a patribus audita cognoverint et memoriæ commendaverint. Unde et nos ad hæc probanda quæ diximus, prout ipsi jusseritis parati sumus.

[Valeat in perpetuum pater et noster dominus.][3]

DCIX. *De eodem.*

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, David Wygorniensis cœnobii quondam prior, salutem. Of the same.

In extremo dierum meorum positus, veritatem rei vobis insinuo, super calumnia quam Eboracensis archiepiscopus habet adversus ecclesiam Beati Petri Gloucestriæ, quatinus vos idem communiter sapiatis, et si necesse fuerit tanquam veritatis filii testimonium vestrum huic veritati non negetis. Ego ipse, si quando tractandum est placitum interesse daretur, candentem ferri laminam vel quicquid æquitas justitiæ dictaret amplecterer, nihil hesitans. Hoc igitur coram Deo et Sanctis ejus contestor, quod ecclesia Beati Petri Gloucestriæ villas istas, scilicet Berthone,[4] Lecche, Otintone, ab ipso tempore sanctimonialium quæ prius ibidem habitaverunt, possedit et possidet; Stanedis[5] vero ex donatione Beornulphi[6] comitis consecuta est. Et licet Aldredus ecclesiæ nostræ episcopus, qui postea Eboracensis archiepiscopus, aliquamdiu f. 153 *b.*
Lecche, Stanedis,[7] Otintone,[8] ob quod[9] construendum supranominatum monasterium Beati Petri Gloucestriæ permissione Wlstani[10] abbatis cognati sui retinuerit, Berthonam[11] autem nunquam, neque in prædictis maneriis eadem ecclesia plenarie dominationis jus vel investituram amisit. Hoc in cartis et cronicis legi. Hoc ex relatione veridicorum testium cognovi et didici. Hoc ego testimonium veritatem scire volentibus sigilli mei impressione confirmavi. Hujus rei sunt testes [Robertus venerabilis abbas Alecestriæ bonæ memoriæ et magnæ auctoritatis, Warinus prior Wygorniæ, totusque conventus ejusdem ecclesiæ. Valete.][12]

[1] *utique*] itaque, Reg. B.

[2] After *pauci* there is a slight erasure in the MS.

[3] *Valeat . . . . dominus*] Supplied from Reg. B. The cartulary has simply *etc.*

[4] *Berthone*] Bertone, Reg. B.

[5] *Stanedis*] Stanedische, Reg. B.

[6] *Beornulphi*] Beornulfi, Reg. B.

[7] *Stanedis*] Stanedische, Reg. B.

[8] *Otintone*] Otyntunam, Reg. B.

[9] *quod*] omit. Reg. B.

[10] *Wlstani*] Wilstani, Reg. B.

[11] *Berthonam*] Bertonam, Reg. B.

[12] *Robertus . . . . Valete*] Supplied from Reg. B.

DCX. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Nicholaus de Sancta Brigida dedi et concessi, et quietum clamavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et abbati et monachis ibidem Deo servientibus, totum jus quod habebam in virgata terræ quam Gaufridus Dispensator tenebat in Stanedis, ut habeant et teneant eam in perpetuum, liberam et quietam ab omni reclamatione mei et hæredum meorum, et per textum super altare Sancti Petri obtuli in præsentia domni Thomæ abbatis et totius conventus.

Quod quia ratum et inconvulsum manere volo, præsenti scripto et[1] sigilli mei impressione munito confirmavi.

[Hiis testibus, Waltero Giffard, Waltero Bloet, Alexandro pincerna, Waltero de Side, Henrico de Droys et aliis multis.][2]

DCXI. *Suthrope.*

A.D. 1263–1284. Of Suthrope.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Reginaldus, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, salutem in Domino.

Cum Margeria, quæ fuit uxor Petri Morel de Suthrope, de nobis tenuisset viginti quatuor acras terræ cum suis pertinentiis in campo de Suthrope, ac nobis dedisset et in perpetuum quietum clamasset sexdecim acras terræ cum suis pertinentiis, et etiam totum servitium, et totum jus et[3] clamium quod habuit vel aliquo modo juris habere potuit in octo acris terræ cum pertinentiis suis quæ sunt de feodo nostro, et quæ dicta Margeria diversis tenentibus dimisit ut dicit; nos, in recompensatione dicti beneficii, dedimus eidem viginti solidos sterlingorum, allocatis in eisdem octo solidis et sex denariis de arreragiis annui redditus nostri; et concessimus eidem Margeriæ ad totam vitam suam tantum annuatim in festo Sancti Michaelis, de grangia nostra de Estlecche percipiendum, unum cronocum frumenti, et unum quarterium[4] et dimidium hordei. Et si contigerit quod totum prædictum

[1] *et*] The sense of the passage does not seem to require this word.

[2] *Hiis testibus . . . multis*] Supplied from Reg. B. The cartulary has simply *etc.*

[3] *jus et*] inserted in the margin.

[4] After *quarterium* there is a slight erasure in the MS.

bladum dicto die sibi solutum non fuerit, scilicet per defectum nostri, quod in crastino prædicti festi Sancti Michaelis totum prædictum bladum eidem Margeriæ duplicetur. Post decessum vero dictæ Margeriæ tota prædicta liberatio bladi cessabit absolute et in perpetuum. f. 154.

In cujus rei testimonium, etc.

DCXII. *Stadenham.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Thomas, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus magistro Johanni Burgoys terram in Stadeham, illam scilicet quæ jacet inter terram Willelmi Salinarii et viculum juxta murum civitatis; tenendam de nobis in feodo et hæreditate sibi et hæredibus suis, pro quatuor solidis nobis annuatim solvendis duobus terminis, medietatem ad hokeday, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Prædicta vero terra, per visum legalium virorum mensurata, habebit in fronte viginti et octo virgas ulnarias cum pollice interposito; retro viginti quatuor virgas ulnarias et dimidium quarterium cum pollice; in profunditate vero viginti quatuor virgas ulnarias et unum quarterium cum pollice. Quando vero memoratus Johannes memoratam terram a nobis recepit, ædificium superpositum appretiatum fuit in quatuor marcas. Si vero aliquo casu emergente præfatam terram reliquerit, simile nobis ædificium aut pretium restituet. Idem vero Johannes juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de solvendo redditu nostro plenarie, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod præfatam terram neque vendet, neque excambiet, neque in vadimonium ponet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu nostro. Eandem securitatem facient nobis hæredes sui cum singuli sibi succedent. Of Stadenham.

Quod ut ratum et inconcussum permaneat, præsenti scripto sigillo nostro munito diviso inter nos cyrografo confirmavimus, etc.

DCXIII. *Sacramentum illorum qui sunt de consilio regis.*

Ceo est le serment de ceus qui sunt de consail le roy;— Ke bien e leaument conseylerunt le roy solum lur sen e lur poer. The oath of the king's councillors.

E ses consails bien e leaument celerunt.

E ke nul autre ne acusera de chose kil dirra en consail.

E ke lur leale peyne, e ayde, e consail, e tut lur poer, durrunt e mettrunt en droytures del roy e de la corune garder, meintenir, e sauver.

E repeler par la ou purrunt sanz tort faire.

E la ou il saverunt les choses de la corone e les dreiz le roy concelez ou a tort alienez ou sustretes il les frunt saver al roy.

E ke la corone acrestrunt tant cum il purrunt en leale manere.

f. 154 *b.* E ke eus a conseil ne serrunt ou le roys se decresse de chose ke a la corune appende si ceo ne soit chose ke coveigne a faire.

E ke il ne lerrunt pur vulli ne pur amur ne pur haur, ne pur bon gre ne pur maugre kil ne facent faire a lur poeir e a lur ascient a chascun de quel estat kil soit droiture ou raison e en jugement e en droiture faire, nul ne esparnirunt ne pur hautesce ne pur force.

E ke rien ne prendrunt sanz le conge le roys si ceo ne soit mangier ou boyre kant a la jornee.

E ke si nul aliaunce eit nul fait a seignurage ou a autre parquei il ne puisse cestes choses faire ou tenir sanz cele aliance enfreindre kil ne dirrunt au roy.

E ke nul deshormes entre eus ne autres aliaunces de sermens ne fra sanz le conge le roy.

DCXIV. *Stanhuse, scilicet de molendino.*

A.D. 1139–1148. Of Stanhuse. Notum sit præsentibus et futuris, quod ego Helyas Giffardus, quicquid calumniæ habui in molendino de Stanhuse, in præsentia venerabilis G[ilberti] abbatis et fratrum meorum de Gloucestria, ex toto dimisi; et ut illud in perpetuum liberum et quietum ab omni mei vel meorum calumnia habeant, pro anima mea et antecessorum meorum eis super altare concessi, et coram testibus sigilli mei impressione firmavi. Hiis testibus.

DCXV. *De eodem.*

Of the same. Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterius filius Ricardi, concessu uxoris meæ Elizabeth, et consilio baronum meorum, concedo in elemosina, pro anima mea et parentum meorum, Deo, et Sancto Petro, et monachis de Gloucestria, molendinum

cum virgata terræ ei pertinente quod habent in villa mea de Stanhuse, solutum et quietum et liberum ab omni servitio et consuetudine quæ ad me vel ad hæredes meos pertinet; ita ut illa elemosina libera sit in perpetuum sicut unquam aliqua elemosina liberior est. Hiis testibus.

DCXVI. *De Sotteshovere.*

A.D. 1125 –1135. Of Sottes-hovere.

Henricus, rex Angliæ, Symoni episcopo Wygorniensi, et Roberto comiti Gloecestriæ, et Miloni constabulario, et omnibus baronibus et fidelibus suis, Francis et Anglis, Gloucestresiræ, salutem.

Sciatis me concessisse ecclesiæ Sancti Petri et monachis Gloucestriæ, pro salute animæ meæ, terram de Sotteshovera[1] quam Rogerus de Berkelay eis reddidit in vita sua. Et volo et præcipio quod ita bene, et honorifice, et libere, teneant, sicut tenent manerium de Stanedis ad quod ipsa terra pertinet.

DCXVII. *De eodem.*

A.D. 1100 –1135. Of the same. f. 155.

Henricus, rex Angliæ, Waltero de Gloucestria, et omnibus baronibus, et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglis, de Gloucestresira, salutem.

Sciatis me concessisse conventionem quam fecerunt abbas de Gloucestria et monachi cum Rogero de Berkelay, de terra de Sottesovere, quam Rogerus tenebat de abbate et monachis. Hiis testibus.

DCXVIII. *Stokelacy.*

Of Stoke-lacy.

Reverendo domino et patri in Christo, carissimo R., Dei gratia Herefordensi episcopo, filii ejus in Christo Hugo de Kylpeke, W. de Baskervile, R. de Stapeltone, N. le Seculer, justiciarii per breve domini regis ad assisam ultimæ præsentationis ecclesiæ de Stokelacy quæ vacans est, salutem in Domino.

Vestræ significamus paternitati, quod Ricardus de Bellofago recognovit jus patronatus ejusdem ecclesiæ de Stokelacy[2]

[1] *Sotteshovera*] *Shoteshore* in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 112).

[2] *Stokelacy*] *lacy* is inserted in the margin.

H. abbati et conventui Gloucestriæ coram nobis per cyrographum finalis concordiæ inter eos confectum. Et ideo vobis auctoritate domini regis mandamus, quod idoneam personam ad prædictam ecclesiam, ad præsentationem abbatis et conventus Gloucestriæ, admittatis.

In cujus rei testimonium.

DCXIX. *De eodem.*

Of the same.

Reverendo domino et patri in Christo, carissimo R., Dei gratia Herefordensi episcopo, Ricardus de Bellofago, salutem in Domino.

Noverit paternitas vestra me quietum clamasse omne jus quod habui vel habere potui in jure patronatus de Stokelacy ecclesiæ H. abbati et conventui Gloucestriæ.

DCXX. *Suthenhale.*

A.D. 1263–1284. Of Suthenhale.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Warinus de Grendene remisi et quietum clamavi, pro me et hæredibus meis, domino Reginaldo, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui eorumque successoribus, dimidiam[1] libram piperis annui redditus quam Nicholaus le Faukoner recipere debuit et consuevit de Nicholao de Jurdastone in hameleto de Suthenhale, pro terra quam ei vendidit in eadem, et mihi et hæredibus meis ipsum redditum cum cæteris quæ per eundem redditum ei vel hæredibus suis potuisset accidisse, dedit et confirmavit. Et ego prædictus Warinus excludo me et hæredes vel assignatos meos in perpetuum ab omni jure et juris clamio in dicta terra cum pertinentiis, et redditu, omnibusque quæ mihi vel hæredibus meis vel assignatis occasione dicti redditus qualitercunque possent accidere.

Ut hæc mea remissio, etc.

DCXXI. *De eodem.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant[2] præsentes et futuri, quod ego Eustachius filius Thurstini Flandrensis, ad petitionem Agnetis matris meæ, dedi Sancto

[1] *marc'* is inserted in the MS. before *libram*, but with the sign of erasure.

[2] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 115) this grant is said to have been made during Reginald's abbacy. I have therefore adopted that period as the marginal date.

Petro et fratribus de Gloucestria unam hidam in Pencumba quæ vocatur Suthenhale, solutam et quietam ab omni re; et per scriptum istud super altare Sancti Petri de Gloucestria posui. f. 155 *b.*

Hujus rei testes sunt, Turstinus Flandrensis frater meus, Willelmus presbiter ejusdem villæ, Willelmus de Stabulo, Wymundus, Rogerius de Kaillewy, Rogerus Castel, etc.

DCXXII. *De eodem*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Martinus de Pateshulle, archidiachonus Northfolchiæ,[1] dedi et concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Geroldo marescallo, pro servitio suo, unam hydam terræ cum pertinentiis in Suthenhale in parochia de Pencumbe; illam scilicet quam habui ex dono abbatis Gloucestriæ; habendam et tenendam eidem Geroldo et hæredibus suis, vel cui eam dare vel assignare voluerit, de prædicto abbate Gloucestriæ et successoribus suis in perpetuum.

Faciendo inde servitium quod ad illam terram pertinet pro omni servitio, consuetudine, et exactione.

Et ut hæc mea donatio et concessio rata et inconcussa permaneat in perpetuum, huic scripto sigillum meum apposui.

Hiis testibus, magistro Hugone de Londonia, magistro Symone de Messendene, Willelmo de Raleghe clerico, Ricardo et Mauricio capellanis, Thoma de Feckeham et Reginaldo clericis, Rogero de Parles, Richardo de Dockinge, etc.

DCXXIII. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Geraldus marescallus, pro Deo, et salute animæ meæ, dedi et quietum clamavi, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, in perpetuum, totum jus quod ego et hæredes mei habuimus vel habere potuimus in tota terra de Suthenhale, cum omnibus pertinentiis suis, in parochia de Pencumbe, quam habui ex dono Martini de Pateshulle pro homagio et servitio meo, in liberam, et puram, et perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus ad eandem terram pertinentibus in villa et extra villam, sine aliquo retinemento ad opus meum vel hæredum meorum. Et ad majorem securitatem, tam præsentem cartam quam omnes

[1] Martin Pateshull was archdeacon of Norfolk in 1226.

alias quas de prædicta terra habui, in pleno comitatu Herefordiæ, dictis abbati et conventui tradidi.

Et ut hæc mea donatio perpetuum robur obtineat, præsenti scripto sigillum meum apposui.

Hiis testibus, Petro de Eggesworþe, etc.

DCXXIV. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Waltero de Suthenhale, et uxori suæ quam primo duxerit, dimidiam virgatam terræ in Suthenhale tantum in vita eorum vel alterius eorum qui diutius vixerit; tenendam et habendam de nobis quamdiu vixerint.

f. 156.

Reddendo inde annuatim nobis duodecim solidos ad duos anni terminos, scilicet medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Dictus vero Walterus et uxor ejus manebunt super dictam dimidiam virgatam terræ. Post decessum vero utriusque, dicta terra sine omni contradictione alicujus, cum omni melioratione superposita, ad nos libere revertetur. Idem vero Walterus et uxor ejus juramentum nobis præstiterunt quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis; et quod nec artem nec ingenium exquirent, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat. Nos vero dictam terram dicto Waltero et uxori suæ tota vita ipsorum contra omnes homines et fœminas warantizabimus, et de omnibus rebus aquietabimus. Ipsi autem curiam nostram de Ullingewike sequentur.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ munitam, ei tradidimus; alteram vero partem, sigillo eorum signatam, etc.

DCXXV. *De eodem.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Eustachius[1] de Wyttenеye, miles, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, pro salute animæ meæ, uxoris meæ, et antecessorum

[1] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 107) he is styled *Eustacius miles, dominus de Wittenеye*. This charter appears to be the same in effect as No. DCXXI. (*ante*, p. 120).

meorum, viris religiosis domino R[eginaldo], abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus, unam hidam terræ quæ vocatur Suthenhale, in parochia de Penecumbe, quam antecessores mei prædictis viris religiosis prius dederant, et carta sua confirmaverant; habendam et tenendam totam prædictam terram cum pertinentiis suis, de me et hæredibus meis, sibi et successoribus suis, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam in perpetuum, solutam et quietam ab omnibus servitiis, consuetudinibus, sectis curiæ, et sæcularibus quibuscunque demandis. Et ego Eustachius et hæredes mei dictam terram, cum omnibus pertinentiis suis et omnibus præfatis libertatibus, dictis viris religiosis et eorum successoribus contra omnes mortales warantizabimus, et de omnibus servitiis sæcularibus et sectis contra quoscunque defendemus.

In cujus rei testimonium præsenti scripto, etc.

DCXXVI. *Suthþrope.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Galfrido filio Roberti unam virgatam terræ cum pertinentiis quam Henricus de Cotes de nobis tenuit quæ est in terra de Suthþrop; tenendam et habendam de nobis quamdiu vixerit. Of Suthrope.

Reddendo inde annuatim decem solidos ad quatuor terminos pro omni servitio, scilicet ad festum Sancti Michaelis duos solidos et sex denarios, et ad festum Sancti Andreæ duos solidos et sex denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ duos solidos et sex denarios, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ duos solidos et sex denarios. Post obitum vero ipsius Galfridi prædicta virgata terræ, cum omni melioratione superposita, et cum ædificio superposito, ad nos libere revertetur; ita tamen quod licebit eidem Galfrido de omnibus quæ in terra illa seminaverit in extremis suis testamentum facere. Idem vero Galfridus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, etc. f. 156 *b.*

DCXXVII. *Stauntona et Gatefelde sub eodem.*

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Stantone, assensu Ceciliæ uxoris meæ, et hæredis mei, concedo et A.D. 1139–1148. Of Staunton.

[1] This, it will be seen, is a repetition of charter No. CCXCIII. (*ante*, vol. i. p. 319), with some unimportant variations. In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 64) it is said to have been made during the abbacy of Gilbert Foliot, I have therefore adopted that period as the marginal date.

confirmo Deo, et Sancto Petro Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, terram quam Eadwardus de Gatefelde tenet de ipsis monachis apud Gatefelde[1] pro tribus solidis per annum, et duas acras terræ in Birecleia quas Alveredus carpentarius tenuit, quas acras cum prædicta terra Robertus presbiter de Stauntone habuit ex dono patris mei, et tam assensu ipsius quam meo dedit eisdem monachis. Et volo ut teneant ipsum tenementum in puram et perpetuam elemosinam, liberum et quietum ab omni servitio quod ad me vel ad hæredes meos pertinet.

Et ut hæc mea concessio, etc.

DCXXVIII. *Stauntona.*

Of the same.

Notum sit omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris, quod ego Rogerus de Stantone, concessu Hazenil uxoris meæ, et Willelmi filii et hæredis mei, concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, pro salute animæ meæ et animarum antecessorum meorum, in elemosinam, virgatam terræ quæ Duna dicitur, quam Robertus capellanus de me tenuit. Concessi etiam rusticum unum nomine Eadmundum cum terra sua, et partem prati quod est juxta molendinum, ipso Roberto spontanea voluntate hoc petente et annuente. Præter hoc hii qui præfatam elemosinam tenuerint, pasturam et communitatem tam in bosco quam in plano habeant in illis quæ ad me pertinent cum meis hominibus qui libere tenent. Et ut hoc determinetur, sint oves sexaginta, boves octo, vaccæ quatuor, porci et capræ quantum voluerint. Illud quoque notum sit, quod Bernardus prior Gloucestriæ tradidit mihi duodecim marcas argenti hoc tenore, ut a me et ab hæredibus meis elemosina ista ab omni servitio et consuetudine et exactione in perpetuum libera sit et quieta.

Quod quia ratum et inconcussum esse volo, etc.

DCXXIX. *Stanedis.*

Of Standish. f. 157.

Viris venerabilibus et discretis amicis in Christo carissimis, H. domini Wygorniensis officialis, æternum in Domino salutem.

Ut vos certiores efficiamini de portionibus ecclesiæ de Sta-

[1] In the margin here is inserted in a later hand this note, *Redditus pertinet ad Hardpury.*

nedis in causa coram nobis mota inter abbatem et conventum Gloucestriæ ex parte una, et R. de Lewes ex altera, tenorem articuli in matricula domini episcopi super portionibus dictæ ecclesiæ contingenti vobis transmitto, qui talis est; ecclesiæ de Stanedis abbas Gloucestriæ est patronus, R. de Lewes persona, et omnes decimas habet minutas et altelagium, et de xxx. virgatis terræ lx. þravas, scilicet triginta de frumento, et xxx. de avena, et de tribus partibus unius virgatæ omnes decimas, et decimas unius virgatæ ad stipendium clerici sui, et virgatæ decimam ad luminare, et unam virgatam habet in dominico, et duas acras et dimidiam prati. Et solvit pro matrice ecclesia et capella de Herdewike, Rindewyke, Salle, v. solidos de denariis Sancti Petri; et de synodo ii. solidos pro ecclesia, et pro qualibet capella, et de synodalibus.

DCXXX. *Confirmatio regis Henrici omnium terrarum, ecclesiarum, decimarum, libertatum, consuetudinum, et omnium donationum.*

A.D. 1154–1189. King Henry's confirmation.

Henricus,[1] Dei gratia rex Angliæ, et dux Normanniæ, Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, præpositis, vicecomitibus, ministris, et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglis, totius Angliæ, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse ecclesiæ Sancti Petri de Gloucestria, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes terras, et ecclesias, et decimas, et libertates, et consuetudines, et omnes donationes quas antecessores mei reges Angliæ eis concesserunt. Præterea concedo eis et confirmo omnia illa quæ archiepiscopi vel episcopi, comites, et barones, et milites, seu alii quilibet fideles prædictæ ecclesiæ rationabiliter dederunt, et cartis suis confirmaverunt, scilicet Berthonam; Bernewodam; Stanedisse; Froucestre; Boxwellam; Lecchiam; Otintone; Boclondam; Hinethonam; Overam; Hammam; Hardepiriam;[2] ecclesiam Sancti Cadoci de Lancarvan, cum terra quæ vocatur Treygof, ex dono Roberti filii Hamonis; in Hamptesyra terram Littletone ex dono Hugonis de Portu; in Devenesyra Plumtreu, ex dono Odonis filii Gamelini,

[1] This charter, it will be seen, is a repetition of No. CCCXLVII. (*ante*, vol. i. p. 349) with some variations.

[2] *Hardepuria* is inserted here in the margin in a later hand.

quam abbas Serlo postea excambivit Nicholao de Pola pro terra quæ vocatur Alnodestone, et est in Warewikesire; item in Devenesire terram quæ vocatur Seldene; in Gloucestresire Clehungram, ex dono Rogeri de Berkelay; in Here-
f. 157 *b.* fordesyra unam hydam apud Aspertune ex dono Roberti Curti; in eadem provincia unam hydam ex dono Willelmi de Ebroicis; in Urchenefelde terram de Westwode ex dono Walteri de Gloucestria; unam terram apud Gutinge de dono Jurici de Loges; molendinum de Framelode quod Wynebaldus de Baalun dedit ecclesiæ Sancti Petri; Clifforde de dono Rogeri de Bulleyo; Rudeforde de dono Willelmi regis; Rudelyam ex dono Rannulphi Bluyet; ecclesiam de Hetrop cum decima ejusdem villæ et terra presbyteri, et in eadem villa molendinum cum terra pertinente, ecclesiam de Kynemereforde cum decima et terra sacerdotis, ex dono Ernulfi de Esding; dimidiam hidam in Amenel quam Tovy tenuit in elemosina de rege Henrico; decimam de Cestretone ex dono Nigelli de Oleyo; quandam partem silvæ Bocholti cum tribus bordariis ex dono Elyæ Giffardi; ex dono Patricii de Cadurcis unam virgatam terræ in Kynemereforde, liberam ab omnibus rebus, exceptis geldis meis, et unam mansuram in mora nigri fossati similiter liberam, et domum[1] Edrici præfecti in mora illa positas, et terram quæ eis pertinet, et decimam pratorum illius villæ, et unum molendinum ibi cum terra pertinente, et decimam duorum molendinorum ibidem; præterea de feodo et concessu Patricii unam hydam quam Symon et uxor ejus dederunt ecclesiæ prædictæ, ut Symon monachus in ea fieret, et uxor ejus dum viveret procurationem in ea abbatia haberet; villam quæ dicitur Mayesmora, cum silva et terra adjacentibus, ex dono Henrici regis; Brocþrop ex dono Aelinæ de Hybreio; terram quam Rogerus de Gloucestria dedit eidem ecclesiæ, scilicet quinque radkinhtes; et unam ecclesiam, cum una hida terræ et unum molendinum; ecclesiam Sancti Petri Herefordiæ cum præbendis et terris et decimis, et omnibus ad eam pertinentibus ex dono Hugonis de Laceyo; Culnam Sancti Andreæ ex dono Rogeri de Gloucestria; escambium pro horto monachorum in quo turris Gloucestriæ sedet, sicut Walterus Gloucestriæ vicecomes eis liberavit; Ledenam quam Walterus de Laceyo reddidit prædictæ ecclesiæ; Linkeholthe quam Ernulfus de Esdinge dedit; Glasberiam cum terris et silvis et omnibus ad eam pertinentibus, et totam decimam dominii de Breckey-

[1] *et domum*] The MS. has *ex dono*, but I have followed the reading of the previous charter (*ante*, vol. i. p. 350).

neu, scilicet annonæ, pecorum, caseorum, venationum, mellis; insuper ecclesiam de Coura cum tota decima ejusdem parochiæ, et terra ad ecclesiam ipsam pertinente, et ecclesiam Sanctæ Elenæ cum una virgata terræ ex dono Walteri vicecomitis; unum molendinum ex dono Elyæ Giffardi; Duntés- f. 158.
burnam ex dono Ermelinæ uxoris Walteri de Laceyo; unum molendinum apud Stanhuse cum virgata terræ adjacentis, libera et quieta, ex dono Willelmi de Auco; terram de Sotteshovera quam reddidit Rogerus de Berkelay; ecclesiam de Northona[1] cum quinque virgatis terræ et cum decima et aliis rebus adjacentibus ex dono Ernulphi de Esdinge et Ermelinæ uxoris ejus; duo assarta cum pratellis adjacentibus illis, et silvam in feodo meo in Chelesworþa ex dono Willelmi regis; ecclesiam quæ est in foro de Northwico ex dono Willelmi regis senioris; in eadem provincia decimam de Furseta ex dono Rannulphi Bigoth; decimam de Keteringham et triginta acras terræ et decimam Willelmi de Curcun in eadem villa; decimam de Feningham de Thurstino filio Widonis; decimam de Sexlingeham ex dono Johannis filii Ricardi, et viginti solidatas terræ in eadem villa de dono Eustachii filii Johannis; quadraginta solidos in molendino Olneye de dono Rannulphi comitis Cestriæ; et molendinum de Tadwella quod dedit eidem ecclesiæ Attelysa soror ejusdem comitis pro anima viri sui Ricardi filii Gileberti; insuper terram de Coleby; Culnam Sancti Aylwini; aquam quæ currit per abbatiam ex dono antecessorum meorum regum Angliæ; unam culturam terræ de Muleleya apud Hammam, et decimam Willelmi de Buleleya de dono ejusdem Willelmi; omnem decimam totius venationis meæ in forestis provinciæ captam, ex dono Henrici regis; ubicunque monachi sibi vel ecclesiæ suæ aliquid emerint, absque ulla thelonei vel transitus redditione liceat cum pace remeare ex dono Henrici regis; ubicunque capi contigerit sturgionem piscem in piscariis suis, sit eorum totus et integer, ex dono Willelmi regis; totam terram ejusdem ecclesiæ quietam de cariagio et summagio et conductu, ex dono Henrici regis; ecclesiam Sancti Martini quæ est super Tamisiam apud Londoniam, et totam terram quam presbyter ejusdem tenet ecclesiæ, solutam et quietam ab omnibus consuetudinibus et scottis ex dono Rannulphi Peverel; in Herefordesyra Bromptone; ecclesiam Sancti Guthlaci de Herefordia cum omnibus ad ipsam pertinentibus; ecclesiam de Kylpeke cum terris et decimis et omnibus ad ipsam pertinentibus; ecclesiam de Teyntone cum

[1] *Cheping Norton* is inserted here in the margin in a later hand.

f. 158 b. decimis, et capellam de silva cum virgata terræ; ecclesiam Sancti Michaelis de Ewias cum omnibus ad ipsam pertinentibus; insuper etiam decimam omnium maneriorum Roberti de Ewyas; ecclesiam de Wyrecesburia, et ecclesiam de Laverkestoke cum omnibus ad ipsam pertinentibus, et dimidium molendinum, et medietatem terræ quæ ad illud pertinet, ex dono Roberti Gernun; ecclesiam quæ dicitur Basinge Sancti Johannis Baptistæ; ecclesiam Sancti Leonardi de Stanleya cum omnibus ad eam pertinentibus; ecclesiam de Quenintone, cum virgata terræ, et decimis totius villæ, et aliis ad eam pertinentibus; parochiam castri Gloucestriæ absque alterius ecclesiæ participatione, reliquæ etiam civitatis tam intra quam extra muros, sicut eam tempore Wlstani Wygorniensis episcopi et Sampsonis successoris ejus habuerunt; ecclesiam Sancti Johannis Baptistæ de Gloucestria; unam hidam in Cumba ex dono Hugonis de Baskervilla; ecclesiam Sancti Paterni in Wallia, cum capella et terris et decimis et omnibus ad eam pertinentibus, ex dono Ricardi filii Gilberti; ecclesiam Sancti Michaelis, et ecclesiam Sanctæ Brigidæ de Uggemore cum omnibus ad eam pertinentibus, ex dono Mauricii de Londonia; escambium quod factum est inter prædictam ecclesiam et Walterum de Clifforde, ita ut monachi liberam et quietam teneant totam terram de Estlecche, Walterus vero teneat Glesburiam, quam accepit a monachis, et faciat inde servitium quod prius facere[1] solebat de prædicta Estleche; Zeneworþe quoque de dono Reginaldi de Goges et Randulphi de Suthleya; totam piscariam de Dunye, cujus medietatem Rogerus comes Herefordiæ reddidit prædictæ ecclesiæ assensu meo; escambium quod factum est inter abbatem Serlonem et Rogerum de Gloucestria, videlicet ut Rogerus habeat in feodo totum illud quod abbas habebat in Westburia absque decima aquæ et silvæ, abbas vero et monachi habeant in elemosina Sandhurstam[2] et Atteleyam et terram Ulfketelli cum omnibus quæ prædictis pertinent; terram quam Thomas de Sancto Johanne dedit prædictæ ecclesiæ in Winchecumba; ut abbas Gloucestriæ bene et in pace teneat abbatiam suam et nemini respondeat, desicut antecessores ejus tenuerunt eam; ut monachi habeant warennas in tota terra sua ultra Sabrinam in bosco et plano; dimidiam hydam terræ[3] apud Cunnecote ex dono Roberti filii Herkembaldi et Matildæ uxoris ejus;

[1] *facere*] A portion of the following word, *solebat*, is appended to this word in the MS., but with the sign of erasure.

[2] *Sandhurstam*] In the MS. the *r* in this word is interlined.

[3] *terræ*] terram, MS.

totum burgagium quod Athelays vicecomitissa habebat[1] in Gloucestria, ex dono ipsius et concessu Walteri filii ejus, ita liberum et quietum sicut ipsa tenuerat; terram de Bocholta f. 159. in bosco et plano pro dimidia hyda, et dimidiam virgatam solutam et quietam ab omni consuetudine, excepto geldo regis, de dono Helyæ Giffardi; escambium quod factum est inter abbatem Gloucestriæ et Reginaldum[2] Walensem de terra de Morcota.

Volo itaque et præcipio firmiter, ut ecclesia Sancti Petri, et monachi Gloucestriæ, habeant et teneant hæc omnia prædicta ita in bono, et in pace, et plenarie, et honorifice, infra burgum et extra, in viis, semitis, et in omnibus locis, cum socha, et sacha, et tollio, et tacha, et infangenepef, et cum omnibus consuetudinibus et libertatibus cum quibus antecessorum meorum temporibus tenuerunt.

Testibus Ricardo Cantuariensi archiepiscopo, Ricardo Wyntoniensi episcopo, Rein[aldo] Cornubiæ comite, Willelmo comite Gloucestriæ, Ricardo de Hum[ez] constabulario apud Londoniam.

DCXXXI. *Quietantia thelonei de Wichio.*

G.[3] comes de Mellent, omnibus ballivis et ministris suis de Wirecestresyra, et præpositis et ministris suis de Wichio, salutem. Of toll.

Præcipio quod totum dominium monachorum de Gloucestria, unde homines eorum poterunt affidare suum esse proprium, sit quietum ab omni theloneo et consuetudine apud Wichium, sicut melius fuit tempore Henrici regis. Et super hoc non disturbentur homines aut res eorum super forisfacturam meam. Hiis testibus.

DCXXXII. *Quietantia thelonei Bristolliæ.*

Willelmus, comes Gloucestriæ, præpositis et omnibus ministris suis de Bristollia, salutem. Of the same.

Sciatis quod, pro salute animarum patris et matris meæ et Roberti filii mei, concedo in perpetuum, monasterio Sancti Petri de Gloucestria, et fratribus ibidem Deo servientibus,

---

[1] After this word there is a slight erasure in the MS.

[2] *Reginaldum*] *Rogerum* in previous copy of confirmation.

[3] This, it will be seen, is a repetition of No. DXLII. (*ante*, p. 71).

quietantiam in villa mea de Bristollia de victu et vestitu fratrum, et materiæ lignorum quæ ad proprios usus suos emerint in villa de Bristollia. Abbas vero et conventus ejusdem loci concessit mihi et comitissæ, et patri et matri meæ, et Roberto filio meo, et aliis liberis meis omnibus, participationem orationum ac beneficiorum omnium quæ fiunt in ecclesia sua in perpetuum, et post obitum nostrum communionem, tam in temporalibus quam in spiritualibus, sicut uni fratrum ejusdem monasterii. Testibus.

DCXXXIII. *De eodem.*

Of the same.

Willelmus, comes Gloucestriæ, dapifero suo et omnibus baronibus et hominibus suis, Francis et Anglis et Walensibus, salutem.

Sciatis me concessisse, et hac carta mea confirmasse, pro salute animæ meæ et Hawisæ comitissæ meæ, et Roberti filii mei, et omnium antecessorum meorum, Deo, et ecclesiæ
f. 159 *b.* Beatorum Apostolorum Petri et Pauli Gloucestriæ, et Sancti Guthlaci Herefordiæ, et monachis[1] ibidem Deo servientibus, quod sint liberi et quieti in perpetuum de theloneo, et de omnibus quæ ad suos proprios usus emerint vel vendiderint apud Bristolliam, et Kayrdif, et Novum Burgum. Quare volo et firmiter præcipio, ne aliquam molestiam vel injuriam inde eis inferri permitattis, sed eos manuteneatis, et negotia illorum tanquam mea propria promoveatis. Testibus.

DCXXXIV. *De eodem.*

Of the same.

Johannes[2] comes Moretune,[3] omnibus ballivis et ministris suis, Francis, et Anglis, et Walensibus, salutem.

Sciatis me, divini amoris intuitu, concessisse, et præsenti carta[4] confirmasse, ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et ecclesiæ Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et Sancti Guthlaci[5] Herefordiæ, et monachis ibidem Deo servientibus, quod ipsi, et homines et servientes eorum, sint liberi et quieti in per-

---

[1] *et monachis . . . . Bristolliam*] Repeated in MS.

[2] Other copies of this and the following charters, to No. DXLVI. inclusive, are also contained in Gloucester Cathedral Register A, from which the collation is derived.

[3] *Moretune*] Moretone, Reg. A.

[4] *carta*] carta mea, Reg. A.

[5] *Guthlaci*] Gutlaci, Reg. A.

petuum de tolneto,[1] et passagio, et summagio, et cariagio,[2] et conductu, et pasnagio,[3] et pontagio, per totam terram meam, scilicet apud Bristolliam, et apud Kairdif,[4] et Novum Burgum, et per totam aliam terram meam de omnibus rebus suis propriis quas vendiderint, et de hiis quæ ad usus suos proprios emerint.

Quare volo et firmiter præcipio, ne aliquam molestiam vel gravamen eis inde faciatis, aut[5] fieri permittatis, sed eos manuteneatis, et negotia eorum sicut mea propria promoveatis.

Teste Rogero de Plan' apud Winthoniam.[6]

DCXXXV. *De theloneo.*

A.D. 1154–1189. Of the same.

Henricus, Dei gratia rex Angliæ, et dux Normanniæ, et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, vicecomitibus et ministris suis, salutem.

Præcipio quod tota terra monachorum Gloucestriæ sit libera et quieta de cariagio[7] meo, et summagio, et conductu, et omnibus operationibus meis, et de omnibus injustis exactionibus et consuetudinibus.

Teste Willelmo filio Ald' dapifero [apud Gloucestriam.][8]

DCXXXVI. *De eodem.*

A.D. 1154–1189. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, et dux Normanniæ, et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, vicecomitibus[9] et ministris suis, salutem.

Præcipio quod tota terra monachorum Gloucestriæ sit libera et quieta de cariagio[10] meo, et summagio, et conductu, et omnibus operationibus meis.

Teste Thoma cancellario apud Gloucestriam.

---

[1] *tolneto*] tolneo, Reg. A.

[2] *cariagio*] carreagio, Reg. A.

[3] *pasnagio*] *paisnagio* in MS., but the third letter has the sign of erasure.

[4] *Kairdif*] Kaerdifh, Reg. A.

[5] *aut fieri permittatis, sed*] vel si permittatis, et, Reg. A.

[6] *Winthoniam*] Wyntoniam, Reg. A.

[7] *cariagio*] tallagio, Reg. A.

[8] *apud Gloucestriam*] Supplied from Reg. A.

[9] *vicecomitibus*] vicecomitibus suis, Reg. A.

[10] *cariagio*] carreagio, Reg. A.

DCXXXVII. *De eodem.*

A.D. 1100–1135. Of the same. f. 160.

Henricus, rex Angliæ. omnibus vicecomitibus et ministris totius Angliæ, salutem.

Præcipio quod proprii homines monachorum de[1] Gloucestria, et victus, et corredium,[2] et res ubicunque emerint et vendiderint ad opus suum proprium, sint quieti ab omni theloneo, et consuetudine, et passagio. Et prohibeo ne aliquis eos disturbet super decem libras forisfacturæ.

Teste [Rann' cancellario apud Cirecestram].[3]

DCXXXVIII. *De eodem.*

A.D. 1100–1135. Of the same.

Henricus, Dei gratia Anglorum rex, omnibus vicecomitibus et ministris suis, salutem.

Proculdubio sciatis me concessisse monachis Sancti Petri Gloucestriæ,[4] ut ubicunque aliquid sibi vel ecclesiæ suæ necessarium emerint vel transierint, absque ulla thelonei vel transitus redditione liceat cum pace remeare.

Teste Willelmo cancellario apud Westmonasterium.

DCXXXIX. *De eodem.*

A.D. 1154–1189. Of the same.

Henricus, Dei gratia[5] rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, justiciariis, vicecomitibus, et omnibus[6] ministris suis, Francis et Anglis, salutem.

Concedo et præcipio, quod monachi Sancti Petri Gloucestriæ sint quieti et liberi, per totam terram nostram,[7] in vico et in villa, in bosco et in plano, in terra et in aqua, in mari et in portu, ab omni consuetudine, et theloneo, et pasnagio, et summagio, et cariagio,[8] et conductu, et passagio, et pontagio. Et prohibeo ne quis eos inde disturbet super decem libras forisfacturæ.

Teste W., etc.[9]

---

[1] *de*] Sancti Petri, Reg. A.

[2] *corredium*] corrodium, Reg. A.

[3] *Rann'* . . . . *Cirecestram*] Supplied from Reg. A. The cartulary has simply *Teste Ran' etc.*

[4] *Gloucestriæ*] de Gloucestria, Reg. A.

[5] *Dei gratia*] omit. Reg. A.

[6] *omnibus*] omit. Reg. A.

[7] *nostram*] meam, Reg. A.

[8] *cariagio*] carruagio, Reg. A.

[9] *Teste W., etc.*] Reg. A has *Teste Thoma cancellario apud Gloucestriam.*

DCXL. *De eodem.*

A.D. 1154–1189. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, justiciariis, vicecomitibus, et ministris suis, Francis et Anglis, salutem.

Præcipio quod monachi Gloucestriæ et proprii homines eorum sint quieti, ubicunque transfretaverint, vel fuerint, in terra mea, et victus, et corredium, et res ubicunque emerint [vel vendiderint][1] ad opus suum proprium,[2] ab omni theloneo, et consuetudine, et passagio. Et prohibeo ne quis eos disturbet super decem libras forisfacturæ.

Teste Thoma cancellario apud Gloucestriam.

DCXLI. *De eodem.*

A.D. 1154–1189. Of the same.

Henricus,[3] rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, justiciariis, vicecomitibus, et ministris suis, Francis et Anglis, salutem.

Concedo et præcipio, quod monachi Sancti Petri Gloucestriæ sint quieti et liberi, per totam terram meam, in vico et in villa, in bosco et in plano, in terra et in aqua, in mari et in portu, ab omni consuetudine, et theloneo, et pasnagio, et summagio, et cariagio, et conductu, et passagio, et pontagio. Et prohibeo ne quis eos inde disturbet super decem libras forisfacturæ.

DCXLII. *De libertate de eodem.*

A.D. 1154–1189. Of the same.

Henricus,[4] rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, vicecomitibus suis et ministris, salutem.

Præcipio quod tota terra monachorum Gloucestriæ sit libera et quieta de cariagio meo, et summagio, et conductu, et omnibus operationibus meis.

Teste Thoma cancellario.

---

[1] *vel vendiderint*] Supplied from Reg. A.

[2] *proprium*] omit. Reg. A.

[3] This seems to be a repetition of No. DCXXXIX. (*ante*, p. 132).

[4] This seems to be a repetition of No. DCXXXVI. (*ante*, p. 131).

DCXLIII. *De eodem.*

A.D. 1100–1135. Of the same. f. 160 *b.*

Henricus,[1] rex Angliæ, omnibus vicecomitibus et ministris totius Angliæ, salutem.

Præcipio quod proprii homines monachorum Sancti Petri Gloucestriæ, et victus, et corredium, et res ubicunque emerint vel vendiderint ad opus suum proprium, sint quieti ab omni theloneo, et consuetudine, et passagio. Et prohibeo ne aliquis eos disturbet super decem libras forisfacturæ.

Teste, etc.

DCXLIV. *De eodem.*

A.D. 1100–1135. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, Waltero de Belloc[ampo],[2] et ministris suis, Francis et Anglis,[3] de Wyrecestresira,[4] salutem.

Præcipio quod omnes res monachorum Gloucestriæ, et coria, et tannum, et naves, et quicquid emerint vel duxerint, quæ eorum homines possunt[5] affidare esse sua dominica, sint quieta ab[6] omni theloneo, et omni consuetudine. Et defendo super decem libras forisfacturæ ne aliquis eos[7] disturbet.

Teste [Waltero Gloucestriæ apud Gloucestriam.][8]

DCXLV. *De eodem.*

A.D. 1100–1135. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, omnibus baronibus et vicecomitibus suis et ministris, Francis et Anglis, salutem.

Præcipio quod tota pecunia Sancti Petri de Gloucestria,[9] et abbatis et monachorum, sit quieta ab omni theloneo et consuetudine ubicunque venerit. [Et][10] defendo[11] super decem libras forisfacturæ ne aliquis eos disturbet, nec[12] amplius inde clamorem audiam.

Testibus Rogero cancellario et Eudone dapifero apud Niweham.

---

[1] This seems to be a repetition of No. DCXXXVII. (*ante*, p. 132).

[2] *Bellocampo*] Belloloco, Reg. A.

[3] *Anglis*] Anglicis, Reg. A.

[4] *Wyrecestresira*] Wirecestraschira, Reg. A.

[5] *possunt*] poterint, Reg. A.

[6] *ab*] de, Reg. A.

[7] *eos*] omit. Reg. A.

[8] *Waltero . . . Gloucestriam*] Supplied from Reg. A. The cartulary has simply *Teste, etc.*

[9] *Gloucestria*] Gloucestra, Reg. A.

[10] *Et*] Supplied from Reg. A.

[11] *defendo*] de feodo, Reg. A.

[12] *aliquis . . . nec*] omit. Reg. A.

DCXLVI. *De eodem.*

A.D. 1135–1154. Of the same.

Stephanus, rex Angliæ, justiciariis, et vicecomitibus, et baronibus, et ministris suis, Francis et Anglis, salutem.

Præcipio quod tota pecunia Sancti Petri Gloucestriæ et abbatis et monachorum sit quieta[1] de theloneo, et omni consuetudine, ubicunque venerit. Et defendo ne disturbetur injuste super decem libras forisfacturæ.

Teste M[ilone] Gloucestriæ.

DCXLVII. *De Eweny*[2] *et de theloneo.*

Of Eweny and toll.

Robertus regis filius Gloucestriæ consul, Uthredo[3] Landavensi episcopo, et Roberto Norr' vicecomiti de Glammorgan, et omnibus baronibus suis et amicis et fidelibus, Francis, et Anglis, et Walensibus, salutem.

Sciatis me, pro salute animæ meæ, et M[abiliæ] comitissæ, et antecessorum et successorum meorum, præsenti carta mea confirmasse totam illam elemosinam priori et prioratui de Eweny, et monachis ibidem commorantibus, quam fecerunt Mauricius de Londonia et Gilbertus de Turbevilla, omni eo modo quo cartæ eorum testantur. Et addo ex parte mea viginti et[4] unam acram terræ arabilis juxta villam de Kenefec, cum uno burgagio in vico occidentali usque ad aquam nigram extra portam villæ de Kenefeke, ut præfatus prior ita libere possideat donum meum, et quicquid ei collatum est vel posset conferri ab aliquo in terra mea, sicuti aliqua res melius et liberius et integrius potest in mundo possideri vel haberi.

Do etiam dicto priori ut liber sit et quietus ab omni theloneo, et consuetudine, et sequela, et absolute omni demanda. Et volo quod omnes servientes de curia sua quieti sint ab omni theloneo et consuetudine per totam terram meam. Et volo ut præfatus prior in terra mea omnem habeat libertatem, nec a ballivis meis ab eodem exigatur, præter orationes, sed fortiter prohibeo, sub forisfactura decem librarum, ne aliquis in terra mea sæpedictum priorem molestare præsumat de aliqua possessione quam tenet nomine elemosinæ vel tenere poterit, sed vicecomes meus de Kairdif qui pro tempore fuerit eundem defendat et manuteneat cum omnibus suis possessi- f. 161.

---

[1] *quieta*] quietum, MS.

[2] *Eweny*] Written in black ink, and upon an erasure.

[3] Bishop of Llandaff from 1139 to 1149.

[4] *et*] interlined in MS.

onibus veluti res proprias meas. Et tam Mauricius de Londonia quam Gilebertus de Turbevilla, in omnibus quo ad suas elemosinas, dictum priorem aquietabunt. Istam autem libertatem quam memorato priori et suis successoribus contuli.[1] Totum hoc feci amore Beati Michaelis Archangeli.

Cujus donationis testes sunt, dominus Uthredus Landavensis episcopus, etc.

DCXLVIII. *Carta comitis Gloucestriæ de theloneo.*

Of toll.

Johannes,[2] comes Moretune, omnibus ballivis et ministris suis, Francis, et Anglis, et Walensibus, salutem.

Sciatis me, divini amoris intuitu, concessisse, et præsenti carta mea confirmasse, ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et ecclesiæ Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et Sancti Guthlaci Herefordiæ, et monachis ibidem Deo servientibus, quod ipsi, et[3] homines et servientes ipsorum, sint liberi et quieti in perpetuum de theloneo, et passagio, et summagio, et cariagio, et conductu, et pasnagio, et pontagio, per totam terram meam, scilicet apud Bristolliam, et apud Kairdif, et Novum Burgum, et per totam aliam terram meam de omnibus rebus suis propriis quas vendiderint, et de hiis quæ ad usus suos proprios emerint.

Quare volo et firmiter præcipio, ne aliquam molestiam vel gravamen eis inde faciatis, vel fieri permittatis, sed eos manuteneatis, et negotia eorum sicut mea propria promoveatis. Teste, etc.

DCXLIX. *De ecclesia de Theintone.*

Of Theintone.

Notum sit[4] omnibus præsentibus atque futuris, quod eg Matilda de Theþington,[5] pro amore Dei et salute animæ meæ, dedi in elemosinam Deo, et Sancto Petro, et conventui Glou-

[1] This sentence appears to be incomplete.

[2] This, it will be seen, is a repetition of No. DCXXXIV. (*ante*, p. 130), with slight variations.

[3] *hæredes* is inserted in the MS. before *homines*, but with the sign of erasure.

[4] Other copies of this and the following charter are contained in Gloucester Cathedral Register B, from whence the collation is derived.

[5] *Theþington*] Teintona, Reg. B.

cestriæ, præcipue ad luminaria ecclesiæ, ecclesiam Sancti Laurentii de Teþingtone,[1] et heremitorium [in nemore][2] cum virgata terræ et omnia ad eandem ecclesiam pertinentia.

DCL. *De eodem.*[3]

Sciant præsentes et futuri, quod ego Radulphus Avenel concessi, et per præsentem cartam meam confirmavi, Deo, et Sancto Petro, et conventui Gloucestriæ, ecclesiam Sancti Laurentii de Thointone[4] cum omnibus pertinentiis suis, et cum una virgata terræ heremitorii, et cum uno rustico nomine Rocelino, et uxore sua, et tota generatione sua, in perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni exactione et consuetudine et servitio quod ad me pertinet et ad hæredes meos. Hanc donationem et confirmationem feci pro salute animæ meæ, et pro animabus patris et matris meæ et omnium antecessorum meorum. Of the same. f. 161 *b*.

Hujus rei testes sunt Helyas decanus, [Alueredus presbiter de Teintone, et multi alii].[5]

DCLI. *Treigof.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Cradoco et Johanni fratri ejus duodecim acras terræ cum pertinentiis, scilicet cum prato et mesuagio adjacentibus in villa nostra de Treygof, quæ jacent in australi parte juxta terram quæ dicitur Pistellonde; tenendas et habendas de nobis, sibi et hæredibus suis, libere et quiete. Of Treigof.

Reddendo nobis inde annuatim ad festum Sancti Michaelis duos solidos sterlingorum. Prædicti vero Cradocus et Johannes frater ejus juramentum nobis præstiterunt, quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de solvendo redditu nostro plenarie termino statuto; et quod nec artem nec ingenium exquirent, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat; et quod prædictam terram neque vendent, neque excambient, neque in vadimonium ponent, nec alicui in feodum

---

[1] *Teþingtone*] Teintona, Reg. B.

[2] *in nemore*] Supplied from Reg. B.

[3] *De eodem*] Written faintly in the margin in black ink.

[4] *Thointone*] Teintona, Reg. B.

[5] *Alueredus . . . . alii*] Supplied from Reg. B. The cartulary has instead *et alii*.

et hæreditatem tradent, neque ad alium locum religionis transferent, sine assensu nostro. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent. Prædicti autem Cradocus, et Johannes frater ejus, et eorum hæredes, salvo conducent ad boscum, et cum carris et caretis nostris de Treygof, quotiens servientes nostros de Treigof, sive pro meremio sive pro focalibus, ibidem accedere contingat. Et quotiens averia nostra et porcos nostros ejusdem manerii ad dictum boscum mittimus ad pascendum, totis viribus suis debent dicta averia et dictos porcos nostros defendere, et nos indemnes conservare, ne pro defectu suo per insultus aliquorum Walensium diripiantur. Ipsi vero et hæredes eorum curiam nostram de Treigof sequentur. Et tam ipsi quam eorum hæredes, qui de dicta terra aliquam habuerint portionem, cum singuli sibi succedent, respondebunt nobis singillatim de herietis suis. Quod si ipsi et hæredes eorum de prædicto redditu et prædictis servitiis nobis integre, [et] sine fraude, non respondierint, licebit nobis dictam terram capere,
f. 162. et tenere, donec de dicto redditu nostro, una cum arreragiis tam redditus nostri quam servitiorum prædictorum, nobis plenarie satisfecerint.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ munitam, eis tradidimus, alteram vero partem, sigillis ipsorum roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DCLII. *De eodem.*

A.D. 1139–1148. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego G[ilbertus], abbas Gloucestriæ, totusque conventus ejusdem, concessimus Hugoni, et Roberto filio ejus, et Radulpho filio Radulphi, apud Pennun et Lancarvan, totam terram Leorici monachi antecessoris eorum, cum pratis et cæteris eidem terræ pertinentibus; tenendam de nobis pro eodem servitio quod idem Leoricus et antecessores ejus dominis suis ex ea fecerunt; hac conditione, quod præfatus Hugo et Robertus et Radulphus fidelitatem vitæ et membrorum atque terreni honoris mihi G[ilberto], et ecclesiæ nostræ, et monachis nostris, a die illa usque in sempiternum, fecerunt, pacem firmam omnibus nostris dederunt, sacramento confirmaverunt, apud Gloucestriam. Hiis testibus.

DCLIII. *De eodem.*

Sciant[1] præsentes et futuri, quod hæc est conventio facta inter abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ et dominum Robertum Hardinge,[2] anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo quadragesimo sexto, in festo Beati Michaelis, quod ego Robertus Harding recepi manerium de Treygof[3] in Glammorgan,[4] cum terra de Pennum, et cum aliis terris et redditibus omnibus ad dictum manerium pertinentibus, et ecclesiam de Lancarvan, cum domibus et curtillagiis[5] et decimis ad dictam ecclesiam spectantibus, de dictis abbate et monachis, usque ad terminum quinquennii sequentis, pro quaterviginti libris argenteis. Ita quod si memoratus abbas possit vel velit dictam pecuniam mihi vel uxori meæ vel hæredibus meis ante præfatum terminum persolvere, computato rationabiliter commodo rerum receptarum ex parte mea dummodo fuerit mihi vel meis satisfactum; ego et hæredes mei absque omni difficultate dictum manerium de Treigof[6] et præfatam ecclesiam cum omnibus prænominatis dictis abbati et conventui restituemus. A.D. 1146, Sept. 29. Of the same.

[Hujus conventionis testes sunt, dominus Willelmus comes Gloucestriæ, et totus comitatus de Kairdif].[7]

DCLIV. *De eodem.*

Sciant[8] præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Cradoco et Johanni fratri ejus duodecim acras terræ cum pertinentiis, scilicet cum prato et mesuagio adjacentibus in villa nostra de Treygof, quæ jacent in australi parte juxta terram quæ dicitur Pistellonde; tenendas et habendas de nobis, sibi et hæredibus suis, libere et quiete. Of the same. f. 162 *b*.

Reddendo nobis inde annuatim ad festum Sancti Michaelis

[1] At the Public Record Office is preserved the original of this charter, from which the following collation is derived.

[2] *Hardinge*] Harding, Charter.

[3] *Treygof*] Tregof, Charter.

[4] *Glammorgan*] Glamorgan, Charter.

[5] *curtillagiis*] curtilagiis, Charter.

[6] *Treigof*] Tregof, Charter.

[7] *Hujus . . . . . Kairdif*] Supplied from charter. An heraldic seal is appended to this charter, but the legend is defaced.

[8] This, it will be seen, is a repetition of No. DCLI. (*ante*, p. 137), with slight variations.

duos solidos sterlingorum. Prædicti vero Cradocus et Johannes frater ejus juramentum nobis præstiterunt, quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statuto termino; et quod nec artem nec ingenium exquirent, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat; et quod prædictam terram neque vendent, neque excambient, neque in vadimonium ponent, neque alicui in feodum et hæreditatem tradent, neque ad alium locum religionis transferent, sine assensu nostro. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent. Prædicti autem Cradocus, et Johannes frater ejus, et eorum hæredes, salvo conducent ad boscum, cum carris et carretis nostris de Treygof quotiens servientes nostros de Treygof, sive pro maeremio sive pro focalibus, ibidem accedere contingat. Et quotiens averia nostra et porcos nostros ejusdem manerii ad dictum boscum mittimus ad pascendum, totis viribus suis debent dicta averia et dictos porcos nostros defendere, et nos indemnes conservare, ne pro defectu suo per insultus aliquorum Walensium diripiantur. Ipsi vero et hæredes eorum curiam nostram de Treygof sequentur. Et tam ipsi quam eorum hæredes, qui de dicta terra aliquam habuerint portionem, cum singuli sibi succedent, respondebunt nobis singillatim de herietis suis. Quod si ipsi et hæredes eorum de prædicto redditu et prædictis servitiis nobis integre, et sine fraude, non responderint, licebit nobis dictam terram capere, et tenere, donec de dicto redditu nostro, una cum arreragiis tam redditus nostri quam servitiorum prædictorum, nobis plenarie satisfecerint.

In cujus rei testimonium, etc.

DCLV. *De Treigof et de theloneo.*

Of Treigof and toll. Willelmus comes Gloucestriæ, omnibus baronibus suis et ballivis suis de Anglia et de Wallia, salutem.

Sciatis me concessisse, et hac mea carta confirmasse, Deo, et monachis Gloucestriæ, pro salute animæ meæ, et Hawisæ comitissæ meæ, et Roberti filii mei, et omnium antecessorum meorum, manerium de Treygof in Glammorgan, cum terra de Pennun, et omnibus aliis terris ad dictum manerium pertinentibus, et ecclesiam Sancti Cadoci de Lancarvan, cum decimis, et terris, et domibus dictæ ecclesiæ, et hortis ultra torrentem qui dividit cimiterium illud et dictas domos, et omnibus
f. 163. aliis rebus ad dictam ecclesiam pertinentibus, ita libere et pacifice, sicut aliqua elemosina melius et liberius potest dari. Et volo quod homines abbatis Gloucestriæ, cum omnibus pri-

oratibus suis, sint liberi et quieti in perpetuum ab omni theloneo et demanda aliqua per totam terram meam apud Bristolliam, et Novum Burgum, et Kaerdivium, absque alicujus calumnia, cum ad proprios usus suos aliquid emerint vel vendiderint. Et prohibeo fortiter, sub forisfactura decem librarum, ut nullus molestet dictum abbatem Gloucestriæ qui pro tempore fuerit, neque priores suarum cellarum, sed manuteneantur, et negotia illorum tanquam mea propria, promoveantur, etc.

DCLVI. *Tuffeleia.*

A.D. 1154–1179. Of Tuffeleia.

Henricus,[1] Dei gratia rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, justiciariis et vicecomitibus et ballivis suis de Gloucestresira, salutem.

Præcipio vobis, quod non permittatis monachos Gloucestriæ vexari de bosco suo villæ suæ de Tuffeleya,[2] nec boscum illud ab aliquo vastari, nec aliquam violentiam aut molestiam vel injuriam eis inde[3] fieri. Et prohibeo ne quis in ea fuget, vel leporem capiat, sine eorum licentia, super decem libras forisfacturæ.

[Teste Man[sero] Bis[et] dapifero apud Wyntoniam].[4]

DCLVII. *Travilone in Gloucestria.*

Of Travilone in Gloucester.

Sciant[5] tam præsentes quam futuri, quod ego Robertus Paulesera, assensu et voluntate hæredum meorum, tradidi et dedi Roberto le Gode filio Walteri le Gode, quandam terram meam in Travilone quam Osbertus filius Frankellini tenuit; terram scilicet quæ jacet inter terram Ricardi clerici et terram Alexandri Kentwine; tenendam et habendam de me et hæredibus meis, illi et hæredibus suis, post decessum matris suæ Aliciæ, quæ antea illam tenebat; tenendam in feodo et hæreditate, libere et quiete.

---

[1] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 116), this charter is said to have been granted during the abbacy of Hameline, who died in the year 1179. Another copy is contained in Gloucester Cathedral Register B, from whence the collation is derived.

[2] *Tuffeleya*] Tuffeleia, Reg. B.

[3] *inde*] omit. Reg. B.

[4] *Teste . . . . Wyntoniam*] Supplied from Reg. B. The cartulary has simply *Hiis testibus.*

[5] Against this charter *burg'* is written faintly in the margin.

Reddendo annuatim, ille vel hæredes sui, mihi vel hæredibus meis, quinque solidos sterlingorum, scilicet ad festum Sancti Michaelis quindecim denarios, et ad Nativitatem Domini quindecim denarios, et ad festum Sanctæ Mariæ Martialis quindecim denarios, et ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ quindecim denarios. Ego autem Robertus [1] præfatus et hæredes mei prædicto Roberto et hæredibus suis terram illam et conventionem contra omnes homines warantizabimus, et de landgabulo aquietabimus. Pro qua conventione præfatus Robertus dedit mihi de introitu illius terræ duo talenta auri, et Gileberto capellano filio meo unum talentum auri.

Ut autem ista conventio rata sit, etc.

DCLVIII. *Tudenham.*

Of Tudenham.

f. 163 *b.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus, et carta nostra confirmavimus, Waltero Walding et hæredibus suis, terram nostram quam habuimus in villa de Tudenham; illam scilicet quam Alueredus serviens noster quondam de nobis tenuit; tenendam et habendam de nobis in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis, libere et quiete ab omni servitio sæculari et demanda, pro una libra ceræ nobis annuatim ad festum Sancti Michaelis persolvenda. Ita tamen quod dictus Walterus et hæredes sui, tam de regali servitio quam de omnibus aliis rebus et servitiis, quantum ad terram prædictam pertinet, nos aquietabunt.

In cujus rei testimonium, etc.

DCLIX. *De tallagio abbatis Glocestriæ et tannaria ejusdem.*

A.D. 1272. March 3.

Of the abbot's tallage.

Henricus,[2] Dei gratia, etc., vicecomiti Gloucestriæ, salutem.

Scias quod assignavimus dilectos et fideles nostros G. Taleboth militem, magistrum W. de Clifforde, et Ricardum de Herefordia clericos, vel duos eorum si omnes interesse non poterunt, ad inquirendum per sacramentum duodecim proborum et legalium hominum, tam de burgo nostro Gloucestriæ

---

[1] *Robertus*] Ricardus, MS.

[2] This, it will be seen, is a repetition of No. CCXCIV. (*ante*, vol. i. p. 319). In the margin is written this note: *Quære returnum istius brevis*, folio lxxx.

quam de visneto ejusdem, per quos rei veritas melius sciri poterit, et qui nulla affinitate attingant abbatem Sancti Petri Gloucestriæ, utrum idem abbas aut prædecessores sui abbates ejusdem loci talliari unquam consueverint occasione reddituum suorum in burgo Gloucestriæ, seu occasione tannariæ suæ extra clausum abbatiæ suæ, nec ne. Et ideo tibi præcipimus, quod ad certos diem et locum quos iidem G., et W., et R[icardus], vel duo eorum tibi scire faciant prædictam inquisitionem coram eis venire facias, et interim prædicto abbati pacem habere permittas de demanda, siquam ei facis, de tallagio super ipsum assesso occasione prædicta, et averia sua seu catalla, siqua ea occasione ceperis, ei interim deliberes, et habeas ibi hoc breve.

Teste Rogero de la Leye[1] apud Westmonasterium tertio die Martii, anno regni nostri quinquagesimo sexto, per breve de magno sigillo.

DCLX. *De Wichio.*

Sciant[2] præsentes et futuri, quod ego Osbertus de Wiz[3] dedi et concessi, et præsenti carta mea confirmavi, pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et Thomæ abbati et monachis ibidem Deo servientibus, dimidiam hidam terræ et salinam, et totum jus quod ego et antecessores mei in eis habuimus, quæ pertinent ad Berthonam domini regis quæ est extra Gloucestriam, in puram et perpetuam elemosinam, ita libere et quiete tenendas sicut ego et antecessores mei hæreditario jure unquam liberius et quietius eas tenuimus; salvis hiis quæ inde annuatim solvi debent, videlicet Berthonæ domini regis extra Gloucestriam decem solidis et quadraginta mittis salis, et Radulpho filio Stephani novemdecim mittis quæ pertinent ad Winterburne et Wappeleiam villas suas, pro quibus idem Radulphus quadraginta denarios annuatim eisdem monachis persolvet, et salvis quindecim mittis quas Waltero de Aura annuatim persolvent; recepturi ab eodem quinque solidos et unum salmonem vel

A.D. 1179–1205. Of Wick.

f. 164.

[1] *etc.* is inserted in the MS. before *apud*, but with the sign of erasure.

[2] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 119), this grant is said to have been made during Thomas Carbonel's abbacy. I have therefore adopted that period as the marginal date.

[3] *Osbertus de Wiz*] Osbernus de Wych, *ibid.*

sex denarios. Memorati vero Thomas abbas et monachi Gloucestriæ invenient mihi et filiæ meæ victum et vestitum apud Gloucestriam quamdiu vixerimus. Hiis testibus.

DCLXI. *De eodem.*

A.D. 1135–1154. Of the same.

Stephanus, rex Angliæ, Umfrido vicecomiti de Wychio, et ministris suis, salutem.

Præcipio quod homines abbatis Gloucestriæ de Wichio teneant terras suas et omnia sua bene, et in pace, et juste, et libere, sicut melius tenuerunt tempore regis Henrici. Hiis testibus.

DCLXII. *De eodem.*

A.D. 1135–1154. Of the same.

Stephanus, rex Angliæ, Umfrido vicecomiti de Wychio, et ministris suis, salutem.

Præcipio quod homines abbatis Gloucestriæ de Wichio teneant terras suas et omnia sua bene, et in pace, et juste, et libere, sicut melius tenuerunt tempore regis Henrici.

Teste Milone Gloucestriæ apud Wichium.

DCLXIII. *De eodem.*

A.D. 1179–1205. Of the same.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Osbertus de Wiz dedi et concessi, et præsenti carta mea confirmavi, pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et Thomæ abbati et monachis Gloucestriæ ibidem Deo servientibus, dimidiam hydam terræ et salinam, et totum jus quod ego et antecessores mei in eis habuimus, quæ pertinent ad Berthonam domini regis quæ est extra Gloucestriam, in puram et perpetuam elemosinam, ita libere et quiete tenendas sicut ego et antecessores mei hæreditario jure unquam liberius et quietius eas tenuimus; salvis hiis quæ inde annuatim solvi debent, videlicet Berthonæ domini regis extra Gloucestriam decem solidis et quadraginta mittis salis, et Radulpho filio Stephani novemdecim mittis quæ pertinent ad Winterburne et Wappeleyam villas suas, pro quibus idem Radulphus quadraginta denarios annuatim eisdem monachis

[1] This, it will be seen, is a repetition of No. DCLX. (*ante*, p. 143).

persolvet, et salvis quindecim mittis quas Waltero de Aura annuatim persolvent; recepturi ab eodem quinque solidos et unum salmonem vel sex denarios. Memorati vero Thomas abbas et monachi Gloucestriæ invenient mihi et filiæ meæ victum et vestitum apud Glocestriam quamdiu vixerimus.

DCLXIV. *De eodem.*

Of the same. f. 164 *b.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Juliana quæ fui uxor Ricardi filii Odonis de Wittona, in ligia viduitate et propria potestate mea, concessi, quod nisi solvam totam tertiam partem totius servitii quod exit de terra et salina quæ Ricardus filius Odonis vir meus aliquando de abbate Glocestriæ tenuit in Wychio et Wittona, scilicet tertiam partem decem solidorum et novies viginti mittarum salis per annum ad terminos debitos, quod prædictus abbas ponat se in seysinam de quantocunque nomine dotis teneo in Wichio et Wittona, sine omni contradictione mei, et teneat quousque ei plene satisfecerim de omnibus arreragiis et debitis.

Et ne in posterum contra præsentem conventionem venire possim, præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

DCLXV. *De eodem.*

Of the same.

Universis ad quos præsens scriptum pervenerit, præpositus et burgenses de Wychio, salutem.

Noverit universitas vestra, quod nos et hæredes nostri acquietabimus versus comitem Saresburiæ et hæredes suos, quamdiu in dominio et manu ejus vel hæredum suorum vel alterius cujuscunque per regem vel[1] prædicti comitis vel hæredum suorum, donationem vel assignationem fuerimus, abbatem et monachos Sancti Petri Gloucestriæ de viginti solidis qui pro eisdem in firma nostra perficienda ad scaccarium domini regis redeat. Præfati abbas et monachi intromittent se pro posse suo ut prædicti viginti solidi nobis computentur ad scaccarium domini regis sicut solebant computari quando fuimus in manibus domini regis. Ipsi vero abbas et monachi, et eorum tenens qui pro tempore salinam suam tenuerit, liberi erunt et quieti a theloneo, et omni exac-

[1] *comitem Saresburiæ et hæredes suos* is inserted in the MS. before *prædicti*, but with the sign of erasure.

tione et demanda, et habebunt communam inter nos sicut unus nostrum.

Quod quia ratum esse volumus, præsens scriptum communis sigilli nostri appositione confirmavimus, etc.

DCLXVI. *De eodem.*

Of the same.

Ricardus filius Odonis de Wyttone summonitus fuit ad respondendum[1] abbati Gloucestriæ de placito quod faceret ei consueta et recta servitia de libero tenemento suo in Wichio et Wittone, etc., et inde idem abbas queritur, quod desicut tenet de eo unam carucatam terræ cum pertinentiis in Witthone, et unam salinam in Wichio, unde debent ei reddere per annum decem solidos pro terra, ix^{xx}. mittas salis pro salina, ipse detinuit ei quadraginta solidos de prædicto redditu et iiii^{xx}. mittas salis. Unde noluit damnum sibi fieri pro centum solidis.

f. 165.

Et Ricardus venit et bene concedit quod tenet prædictam terram et prædictam salinam per prædictum redditum, sed defendit quod non debet ei tot arreragia, sed tantum viginti solidos, et viginti quatuor mittas salis, et paratus est[2] ei reddere, et ad hoc invenit hos[3] plegios, Ricardum filium Osberti, et Jocelinum filium Ricardi de Wichio, qui sunt plegii de prædictis arreragiis, et de redditu hujus anni reddendo, et concedunt quod distringantur, etc. Et Ricardus concessit, pro se et hæredibus suis, quod si post annum instantem in posterum cessaverit in solutione prædicti redditus, bene licebit prædicto abbati et successoribus ponere se in seysinam prædictæ terræ et salinæ, et tenere se in saysina quousque idem Ricardus satisfecerit eis tam de prædicto redditu quam arreragiis. Et securitatem eis præstitit de prædicto redditu eis reddendo, etc.

DCLXVII. *De Welhope.*

Of Welhope.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Radulphus de Willintone dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, duas hidas terræ cum omnibus pertinentiis,

[1] *respondendum*] responddendum, MS.

[2] *est*] interlined in MS.

[3] *hos*] hoos, MS.

quas habui ex dono Henrici regis filii regis Johannis in Welhope ; habendas et tenendas, de me et hæredibus meis, prædictæ ecclesiæ, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum, ut in releviis, homagiis, et servitiis, cum omnibus libertatibus et exitibus quæ de terra prædicta provenire poterunt, libere, quiete et in pace.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis, pro omni servitio, consuetudine, et demanda, duos solidos sterlingorum ad festum Beati Michaelis. Pro quibus duobus solidis, ego Radulphus et hæredes mei prædictam terram cum pertinentiis versus dominum regem de uno espervario soro, una cum omnibus regalibus aliis servitiis aquietabimus, et prædictæ ecclesiæ contra omnes gentes warantizabimus. Et si forte contingat quod ego Radulphus vel hæredes mei prædictam terram prænominatæ ecclesiæ warantizare non poterimus, infra primum annum quo ipsa ecclesia de præfata terra fuerit disseysita, præsenti scripto tenemur facere rationabile escambium prædictæ ecclesiæ ad valentiam dictæ terræ in omnibus in tuto loco et competenti in comitatu Gloucestriæ. Et si non fecerimus escambium prædictæ ecclesiæ ipso anno, sicut prædictum est, de perditione ipsius anni ad valentiam totius prædictæ terræ prænominatæ ecclesiæ rationabiliter tenemur facere restitutionem.

Et quia volo quod hæc mea donatio, concessio, et præsentis cartæ confirmatio, et warantizatio, etc.

DCLXVIII. *De eodem.*

Henricus,[1] Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ, et comes Andegaviæ,[2] archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus,[3] comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. A.D. 1227, May 24. Of the same. f. 165 *b*.

Sciatis nos dedisse, concessisse,[4] et hac præsenti[5] carta nostra confirmasse, dilecto et fideli nostro Radulpho de Wilintone, pro homagio et servitio suo, duas hidas terræ cum pertinentiis suis in Welhope[6] quas Mathæus de Welhope[7] quondam tenuit de ballio domini [Johannis][8] regis patris nostri, sicut

[1] The enrolment of this will be found upon the Charter Roll XI. Henry III., part 1, from whence the collation is derived.

[2] *Andegaviæ*] Adegaviæ, MS.

[3] *prioribus*] probus, MS.

[4] *concessisse*] et concessisse, MS.

[5] *hac præsenti*] omit. Roll.

[6] *Welhope*] Wallehope, Roll.

[7] *Welhope*] Walhope, Roll.

[8] *Johannis*] Supplied from Roll.

escaetam suam; habendas et tenendas de nobis et hæredibus nostris sibi et hæredibus suis in perpetuum, in feodo et hæreditate.

Reddendo inde nobis et hæredibus nostris unum espervarium sorum per annum pro omni servitio, consuetudine, et demanda.

Quare volumus, et firmiter præcipimus, quod ipse Radulphus et hæredes sui habeant et teneant prædictas duas hidas terræ cum pertinentiis suis in Welhope de nobis et hæredibus nostris in perpetuum, bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, per prædictum servitium, sicut prædictum est.

Hiis testibus venerabilibus patribus P[etro] Winthoniensi, [Jocelino Bathoniensi, R[icardo] Sarum, et Waltero Carliolensi episcopis, Huberto de Burgo comite Kanciæ justiciario nostro, etc.

Data per manum venerabilis patris Radulphi Cicestrensis episcopi et cancellarii nostri apud Westmonasterium vicesimo quarto die Maii, anno regni nostri undecimo.][1]

DCLXIX. *Wivelrugge.*

A.D. 1154–1179. Of Wivelrugge.

Henricus,[2] rex Anglorum, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, Willelmo de Bello Campo, et omnibus forestariis et ballivis suis de Gloucestresira, salutem.

Sciatis me concessisse, et præsenti carta mea confirmasse, Hamelino abbati et monachis de Gloucestria, omnia essarta sua vetera et nova de Mort[one], et Cors, et Wivelrugge.[3] Quare volo et præcipio ut habeant et teneant ea bene, et in pace, et libere, et quiete. Et nullus eis inde injuriam vel contumeliam faciat, etc.

DCLXX. *De eodem.*

A.D. 1100–1135. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, Miloni Gloucestriæ, et G. de Abitoth, et Hugoni villano, et forestario de Malvernio, salutem.

Præcipio vobis ne intromittatis vos de bosco de Wivelrugge et de Corsewella, quod est Sancti Petri Gloucestriæ, quia illum dedi monachis Gloucestriæ in elemosinam. Hiis testibus.

[1] *Jocelino . . . undecimo*] Supplied from Roll. The cartulary has simply *etc.*

[2] This and the following charter, it will be seen, are repetitions of Nos. CCXI. and CCXII. (*ante*, vol. i. p. 268), with slight variations.

[3] *Wivelrugge*] In the margin here is written in a different hand *Wiverugge.*

DCLXXI. *De Wichio.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Cokes- A.D. 1263
heie dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, –1284.
domino Reginaldo, permissione divina abbati Sancti Petri Of Wick.
Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, omnes terras, salinas, et tenementa mea quæ habui in Wichio et Wittone Sanctæ Mariæ de feodo eorundem abbatis et conventus de Willelmo filio Ricardi filii Odonis; habendas et tenendas totas prædictas terras, tenementa, et salinas, cum homagiis, wardis, releviis, escaetis, redditibus, herietis, et omnibus aliis pertinentiis suis quibuscunque dictis abbati et conventui et eorum successoribus, de me et hæredibus meis in liberam, puram, et perpetuam elemosinam in perpetuum.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis, dicti abbas et conventus et eorum successores, unam rosam ad festum Beati Johannis Baptistæ pro omnibus servitiis, exac- f. 166.
tionibus, sectis, et quibuscunque [aliis] demandis ad me vel [ad] hæredes meos inde pertinentibus. Ego vero et hæredes mei vel assignati totas prædictas terras, tenementa, et salinas, cum omnibus pertinentiis prædictis, dictis abbati et conventui et eorum successoribus contra omnes gentes Judæos et Christianos warantizabimus, aquietabimus, et defendemus, in perpetuum.

Et quia volo et concedo quod hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio perpetuitatis robur obtineant, hanc præsentem cartam meam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, etc.

DCLXXII. *Waddona.*

Rogerus,[1] comes Herefordiæ, omnibus baronibus, et fidelibus, Of Wad-
et amicis, et ministris suis, salutem. dona.

Sciatis me concessisse et confirmasse abbati et monachis Gloucestriæ, unam virgatam terræ sexaginta quatuor acrarum, cum uno villenagio[2] in Waddona, quam Rogerus parvus eis[3] dedit in elemosinam, et super altare positam carta sua confirmavit. Hæc vero terra proxima est et contigua terræ [et][4] domui Sai-

[1] Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register B, from whence the collation is derived.

[2] *villenagio*] villagio, Reg. B.

[3] *eis*] omit. Reg. B.

[4] *et*] Supplied from Reg. B.

wini prætoris de Waddona. Præcipio itaque ut ipsi monachi eandem terram libere, et quiete, et honorifice, tanquam propriam elemosinam meam in perpetuum teneant et habeant, nec[1] inde amplius fatigentur vel disturbentur.

[Hiis testibus Waltero de Bello Campo, Waltero Esseleia, Willelmo Britone, Hugone clerico meo.][2]

DCLXXIII. *De eodem.*

A.D. 1148–1179. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Rogerius parvus et Hugo hæres meus dedimus Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ, in perpetuam elemosinam, octo acras de Waddona quæ jacent juxta Brocþrop, pro salute animæ nostræ et antecessorum nostrorum, et in præsentia Hamelini abbatis et totius conventus ejusdem ecclesiæ et multorum aliorum qui affuerunt, super altare Sancti Petri posuimus.

Quod quia firmum et stabile esse volumus, ego Rogerius prædictam donationem hujus cartæ meæ et sigilli mei attestatione confirmavi, et Hugo filius et hæres meus proprio assensu, et, quod magis est, fidei suæ interpositione communivit.

Hujus rei testes sunt.

DCLXXIV. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Hugo parvus, pro salute animæ meæ, et pro animabus patris mei, et matris meæ, et omnium antecessorum meorum, concessi, et præsenti carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes terras quas Rogerus parvus pater meus eis dedit, et carta sua confirmavit; videlicet unam virgatam terræ sexaginta quatuor acrarum in
f. 166 *b.* Waddona, tantam scilicet quantæ sunt virgatæ in proxima terra abbatis Gloucestriæ, et octo acras terræ de eadem villa quæ jacent juxta crucem de Brocþrop, et communitatem pasturæ inter Waddonam et Tuffeleyam, quæ Belaga[3] dicitur, et viginti acras terræ ante curiam de Rugge, et viginti acras

[1] *nec*] ne, Reg. B.

[2] *Hiis testibus . . . . meo*] Supplied from Reg. B. The cartulary has simply *etc.*

[3] *Belaga*] *Belahaye* in calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 120).

retro domum Eulphi de la Felde quas Rogerius parvus pater meus et Margareta mater ipsius jam dictæ ecclesiæ in elemosinam dederunt, ut habeant et teneant eas de me et hæredibus meis, libere et quiete, integre et pacifice, in puram et perpetuam elemosinam. Si autem plures acræ in præfatis terris inventæ fuerint quam in præsenti carta continentur, quicquid juris in eis habui præfatæ ecclesiæ in perpetuum quietum clamavi. Ego vero et hæredes mei aquietabimus præscriptas terras ab omni exactione et servitio regali.

Hanc autem concessionem, sigilli mei impressione munitam, feci in præsentia Thomæ abbatis et totius conventus Gloucestriæ, et super altare Sancti Petri, multis astantibus, per textum obtuli. Hiis testibus.

DCLXXV. *Waddona.*

Of the same.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Rogerus parvus, assensu domini mei Rogeri comitis Herefordiæ, et Hugonis filii mei,[2] et hæredis,[3] pro salute animæ meæ, dedi,[4] et hac præsente carta mea confirmavi, monasterio Beati Petri Gloucestriæ, in puram et perpetuam elemosinam, ad operationem dicti monasterii sustinendam, unam virgatam terræ sexaginta [quatuor] acrarum in Waddone, cum quodam homine Eylwino[5] nomine, et octo acras terræ quæ jacent juxta crucem de Brocþrop,[6] et viginti acras terræ ante curiam de Rugge,[7] et viginti acras terræ retro domum Eulfi de Felda, et communitatem pasturæ inter Waddonam et Tuffeleyam[8] quæ Belan[9] dicitur.

Volo autem ut hæc donatio mea ita libera sit et quieta ab omni demanda, ut in posterum a nullo successore meo aliquid possit exigi, nisi tantum orationes, sed ego et posteri mei dictam elemosinam contra omnes warantizabimus et[10] ab omni servitio terreno[11] aquietabimus. Hiis testibus [Rogero comite Herefordiæ, Milone fratre suo, et aliis].[12]

---

[1] Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register B, from whence the collation is derived.

[2] *mei*] omit. Reg. B.

[3] *hæredis*] hæredis mei, Reg. B.

[4] *dedi*] dedi etiam, Reg. B.

[5] *Eylwino*] Eilwino, Reg. B.

[6] *Brocþrop*] Brocktrop, Reg. B.

[7] *Rugge*] Ruge, Reg. B.

[8] *Tuffeleyam*] Tuffeleiam, Reg. B.

[9] *Belan*] Vide note to preceding charter. *Bellu* in Reg. B.

[10] *et*] omit. Reg. B.

[11] *servitio terreno*] terreno servitio, Reg. B.

[12] *Rogero . . . . aliis*] Supplied from Reg. B.

DCLXXVI. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Rogerus parvus et Hugo filius et hæres meus, assensu Rogeri comitis Herefordiæ domini mei, dedimus Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ, in elemosinam, ad operationem monasterii, unam virgatam terræ sexaginta quatuor acrarum in Waddone, et unum hominem manentem in parte ejusdem, liberam et
f. 167. quietam ab omni servitio et exactione.

Quod quia ratum esse volumus, etc.

DCLXXVII. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes atque futuri, quod ego Rogerus parvus, assensu domini mei Rogeri comitis Herefordiæ, et Hugonis filii et hæredis mei, pro salute animæ meæ et parentum meorum, dedi Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ in elemosinam, ad operationem monasterii in Waddona, unam virgatam terræ sexaginta quatuor acrarum, tantam videlicet quantæ sunt virgatæ in proxima terra abbatis. Hæc autem præfata virgata terræ incipit a domo Sauuini præfecti de Waddona in occidentalem partem quicquid ibi habebam et perficitur in aliis campis. Dedi etiam eisdem monachis quendam hominem Alwinum nomine, et communitatem pasturæ inter Waddonam et Tuffeleiam quæ Belaga[1] dicitur.

Quod quia ratum esse volo, præsentem cartam, etc.

DCLXXVIII. *De eodem.*

Of the same.

Rogerus, comes Herefordiæ, omnibus baronibus, et amicis, et ministris suis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse abbati et monachis Gloucestriæ, unam virgatam terræ sexaginta quatuor acrarum cum uno villano in Waddona, quam Rogerus parvus eisdem monachis dedit in elemosinam, et super altare coram multis positam carta sua confirmavit.

Quare volo et firmiter præcipio ut iidem monachi eandem terram libere, et quiete, et honorifice, ut propriam elemosinam meam in perpetuum teneant et habeant. Hiis testibus:

[1] *Belaga*] Vide note to No. DCLXXIV. (*ante*, p. 150).

DCLXXIX. *De Wolforde.*

Of Wolforde.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ et conventus ejusdem loci, concessimus Ysabellæ filiæ Matildæ de Dunefelde, illam virgatam terræ in Wolforde quam Radulphus le Fraunceis et Haria[1] uxor ejus de nobis tenuerunt; tenendam et habendam in feodo et hæreditate sibi et hæredibus suis, libere et quiete, cum omnibus pertinentiis suis, salvo nobis[2] uno loco in capitali mansione ubi horreum nostrum situm est; qui locus per visum legalium virorum mensuratus est, et habet in fronte horrei versus aquilonem septem virgas ulnares cum pollice interposito, tribus pollicibus minus; in alio autem fronte versus austrum habet viginti et unam virgas ulnarias,[3] cum pollice interposito, et unum quarterium; in latitudine vero quadraginta et duas virgas ulnares cum pollice interposito, tribus pollicibus minus; in longitudine autem sexaginta virgas ulnares cum pollice interposito.

Reddendo nobis annuatim quadraginta et tres denarios ad duos terminos anni, scilicet ad Nativitatem Domini viginti denarios et tres obolos, et ad Pascha viginti denarios et tres obolos, pro omnibus servitiis, salvo nobis rationabili auxilio ad tallagium domini regis quantum ad tantam terram pertinet, si aliquid in domo nostra emerserit. Prædicta vero Ysabella juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et[4] de solvendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat; et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu nostro. Eandem securitatem facient nobis hæredes sui cum singuli sibi succedent. f. 167 *b.*

In cujus rei testimonium, etc.

DCLXXX. *Ullingwike.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterus Giffardus dedi et concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et A.D. 1192, August 5.

[1] *Haria*] In another charter touching the same land (*post*, sub titulo Welforde), this is written *Margareta*.

[2] *nobis*] nobis in, MS.

[3] *virgas ulnarias*] virgam ulnariam, MS.

[4] *et*] interlined in MS.

Of Ullingwike. Thomæ abbati et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, totam partem meam quam habui in Fridmore apud Ullingwike, in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni servitio.

Hanc autem donationem meam anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo secundo, die Sancti Oswaldi martiris obtuli per textum super altare Sancti Petri Gloucestriæ in præsentia totius conventus.

Quod quia ratum et inconvulsum[1] manere volo præsentis cartæ.

DCLXXXI. *De eodem.*

Of the same. Sciant præsentes et futuri, quod ego Gilebertus Giffardus, assensu domini et fratris mei Walteri Giffard, dedi et concessi ecclesiæ Sancti Petri Glocestriæ, et abbati et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et animæ jam dicti fratris et domini mei Walteri Giffardi, et pro animabus patris et matris meæ et antecessorum meorum, duas virgatas terræ in Ullingwike quas præfatus dominus et frater meus Walterus pro servitio et homagio meo mihi dedit, et carta sua confirmavit; scilicet virgatam illam quam Walterus de Baggewrthe tenuit, et dimidiam virgatam quam Gilebertus bubulcus tenuit, et dimidiam virgatam quæ fuit Roberti filii Walteri; tenendas de me in puram et perpetuam elemosinam, liberas et quietas ab omni servitio, excepto servitio regali, pro decem solidis annuatim reddendis duobus terminis, medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et medietatem ad festum Sancti Michaelis. Post decessum autem meum remanebunt jam dictæ virgatæ terræ ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, libere et quiete,
f. 168. in perpetuum, pro una libra cimini quam præfata ecclesia solvet annuatim ad Natale Domini sæpenominato domino et fratri meo Walterio vel hæredibus suis. In initio autem hujus conventionis dedit mihi dominus abbas et conventus Gloucestriæ duas marcas argenti.

Quod quia ratum et inconvulsum manere volo, præsens scriptum, sigillo meo appenso confirmatum, abbati et monachis Gloucestriæ tradidi, idemque scriptum, diviso inter nos cyrographo impressione sigilli ecclesiæ Beati Petri Gloecestriæ munito, penes me retinui. Hiis testibus.

---

[1] *et inconvulsum*] repeated in MS.

DCLXXXII. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterus Giffardus dedi et concessi Gileberto Giffardo fratri meo, pro servitio suo et homagio, duas virgatas terræ in Ullingwike, scilicet unam virgatam quam Walterus de Baggewrthe tenuit, et dimidiam virgatam quam Gilebertus bubulcus tenuit, et dimidiam virgatam quæ fuit Roberti[1] filii Walteri; tenendas sibi et hæredibus suis, de me et hæredibus meis, libere, et quiete, et honorifice, in pratis et pasturis, in agris et culturis, et in omnibus libertatibus. Of the same.

Reddendo inde annuatim ad Natale unam libram cimini pro omni servitio, excepto regali servitio.

Et quia volo hanc meam donationem firmam et ratam permanere, præsentis cartæ attestatione et sigilli mei impressione confirmavi, etc.

DCLXXXIII. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterus Giffard[2] concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et abbati et monachis ibidem Deo servientibus, quod habeant et teneant in perpetuum acram illam quæ jacet proxima ante portam curiæ suæ in occidentali parte in Ullingewike, pro qua ipsi dederunt mihi aliam acram in escambio prope cimiterium in eadem cultura. Concessi etiam eisdem, in perpetuam et puram elemosinam, quod habeant liberum introitum et exitum, et sit communis via mihi et ipsis per terram meam quæ jacet juxta fossatum curiæ suæ in orientali parte, et inde usque ad cheminum qui est in occidentali parte versus gardinum. Of the same.

Quod quia ratum, etc.

DCLXXXIV. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterus Giffardus concedo et confirmo ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et abbati et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, et pro animabus patris et matris meæ, et antecessorum Of the same.

[1] *Roberti*] Repeated in MS., but the redundant word is marked with the sign of erasure.

[2] *Giffard*] The *d* in this word is interlined in the MS.

meorum, duas virgatas terræ in Ullingewike quas Gilberto
f. 168 *b.* fratri meo pro servitio et homagio suo prius dederam, et quas idem Gilebertus, assensu meo, præfatæ ecclesiæ postea in puram et perpetuam dedit elemosinam; scilicet virgatam illam quam Walterus de Baggeworthe tenuit, et dimidiam virgatam quam Gilebertus bubulcus tenuit, et dimidiam virgatam quæ fuit Roberti filii Walteri; tenendas de me et de hæredibus meis, libere, et quiete, et honorifice, in pratis et pasturis, in agris et culturis, et in omnibus libertatibus, in puram et perpetuam elemosinam.

Reddendo inde mihi annuatim, ad Natale Domini, unam libram cimini pro omni servitio, excepto servitio regali.

Et quia volo hanc meam concessionem et jam dicti fratris mei Gilberti donationem firmam et ratam permanere, præsentis cartæ attestatione et sigilli mei impressione confirmavi. Hiis testibus.

DCLXXXV. *De eodem.*

A.D. 1186. Of the same. Hæc est finalis concordia, facta inter abbatem Thomam et conventum ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et Walterum Giffardum, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octogesimo sexto, die Mercurii proxima post festum Sancti Andreæ, de terra de Ullingwike, scilicet quod duæ partes totius terræ de Ullingwike, in bosco, et plano, et in pascuis, et pratis, et in omnibus rebus ad eas pertinentibus, remanent abbati Gloucestriæ et monachis, et tertia[1] pars remanet Waltero Giffardo, cum advocatione ecclesiæ, et principali domicilio, et pomerio. Monachi vero prædicti habent culturam illam quæ est inter Haibroc et cheminum in escambium pomerii et curiæ. Superior vero pars de Fridmora quæ est versus Brockeshes remanet Waltero Giffardo, sicut fossatum dividit, usque ad quercum Walteri Map cancellarii Lincolniensis. Et quicquid residuum est de eadem mora a prædicto fossato usque ad Haibroc, abbati et monachis Gloucestriæ perpetuo possidendum relinquitur. Mora etiam illa quæ est inter Fridmoram et pomerium sit in communi pastura. Cæteræ quoque pasturæ quæ sunt in capitibus culturarum quæ nunquam cultæ fuerunt sint in communi. Et abbas et monachi ponant avaria sua in omnibus communibus pasturis quando voluerint, et Walterus Giffard similiter. Nullus tamen eorum ponat ibi aliqua averia, nisi illa tantummodo quæ sunt de dominico

[1] *tertia*] The *i* in this word has been interlined in the MS.

suo de eadem villa. Remanent insuper abbati et monachis præfatis duæ partes redditus salinæ de Wichio, et tertia Waltero Giffard. Præterea Edwinus Trote cum toto tenemento suo, scilicet cum terra illa quæ fuit Edwini Thede, et cum terra illa quam idem Edwinus prius tenuit pro duobus solidis f. 109. et omnibus pertinentiis suis, remanet abbati et monachis solute et quiete sine partitione. Abbas autem et monachi sæpedicti de nullo sint intendentes Waltero Giffardo, sed faciant servitium regale episcopo Herefordensi quantum ad duas partes de Ullingwike pertinet.

Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, diviso inter eos cyrographo sigillorumque suorum impressionibus utrique parti appositis hinc inde confirmatur.

DCLXXXVI. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Helyas Giffardus dedi Of the et concessi, et præsenti carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ same. Sancti Petri, et monachis Gloucestriæ, pro pace et pro salute animarum patris mei, et matris meæ, et animæ meæ, et omnium antecessorum meorum, octo libratas terræ in Ullingwika in escambio centum solidatarum terræ quas pater meus dederat eis in Chreneham, meo assensu, et pro quadraginta solidatis terræ quas dominus noster rex Angliæ decreverat, et ego coram eo consenseram dandas eis pro pace sex libratarum terræ quas mater mea dederat eis in Ullingewike, meo assensu. Quare volo et firmiter præcipio, quod prædicti monachi habeant in perpetuam elemosinam octo libratas terræ prænominatas, cum bosco quantum ad octo libratas pertinet; et teneant ita libere, et quiete, et plenarie, et honorifice, sicut pater meus eam unquam melius, et liberius, et quietius, et honorificentius tenuit.

DCLXXXVII. *De eodem.*

Helyas Giffardus, omnibus hominibus suis, tam Francis quam Of the Anglis, salutem. same.

Omnibus vobis notum facio, me dedisse et concessisse, in perpetuam elemosinam, Deo, et monachis Sancti Petri Gloucestriæ, Edwinum Trote, cum tota progenie sua, et cum tota terra quam tenet.

Et quoniam donationem istam futuris temporibus firmam et illibatam esse volo, eam præsentis scripti auctoritate et sigilli mei impressione communio.

Hoc autem factum est, etc.

DCLXXXVIII. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Helyas Giffard, pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, concedo et confirmo donationem quam Helyas Giffard pater meus, et Berta mater mea, fecerunt Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, monachisque ibidem Deo servientibus; scilicet duas partes totius terræ de Ullingewike, excepta advocatione ecclesiæ, et principali domicilio, et pomerio, in quorum escambium idem monachi habent totam culturam illam quæ est inter Haibroc et cheminum, in liberam et perpetuam elemo-
f. 169 *b.* sinam; tenendas libere et quiete, tranquille et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, et in omnibus locis cum omnibus libertatibus et omnibus liberis consuetudinibus ad eandem terram pertinentibus; illasque quietas clamo ab omni servitio sæculari ad me pertinente, salvo tamen servitio regali de quo in capite episcopo Herefordensi respondebunt. Concedo etiam eis et confirmo duas partes totius redditus salis de Wichio, et Edwinum Trote, cum toto tenemento suo libere et quiete in perpetuum possidendum.

Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, præsenti scripto sigilli mei impressione, etc.

DCLXXXIX. *De eodem.*

A.D. 1163, July 18. Elyas Giffardus, omnibus hominibus suis et amicis, Francis et Anglis, et omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, salutem.

Of the same. Sciatis me concessisse uxori meæ Bertæ medietatem totius manerii de Ullingwike maritagii sui, donandam ecclesiæ Sancti Petri, et Hamelino abbati et conventui Gloucestriæ, in perpetuam elemosinam, solutam, et liberam, et quietam ab omnibus servitiis, et consuetudinibus, et tallagiis, et exactionibus, et assisis, excepto servitio dimidii militis, tam in dominio quam in villenagio, in bosco et plano, in pratis et pasturis, et omnibus aliis rebus, cum omnibus libertatibus eidem manerio pertinentibus, præter ecclesiam et virgultum et veterem curiam; ita tamen quod secundum quantitatem medietatis curiæ et virgulti dabo ei escambium in terra arabili alterius medietatis. Ipsa vero, pro salute animæ meæ et suæ, et patris et matris, et omnium antecessorum et parentum nostrorum, me præsente et hanc donationem faciente, omnimodum præbuit assensum. Et multis præcedentibus ejus petitionibus ut videlicet hanc facerem donationem petitionis impetravit effectum, in hunc tamen modum, quod semet ipsam cum tota

prædicta medietate dedit ecclesiæ Sancti Petri, sic quidem quod[1] eandem medietatem tenebit tota vita sua, si voluerit, et si me defuncto supervixerit. Si vero defuncta ipsa ex Dei dispositione supervixero, prædictam illam medietatem statim absque dilatione et omni retinaculo ecclesiæ Sancti Petri et monachis Gloucestriæ in proprietatem et in juris plenitudinem, salvo memorato servitio, reddam cum omni sua plenitudine et integritate et pertinentiis suis. Memoratam ergo terram super altare Sancti Petri manu propria, præsente conventu et multis aliis solenniter obtuli, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo tertio, quinto decimo kalendas Augusti.

Quod quia stabile volo esse et firmum, præsentem cartam, etc.

DCXC.

Walterus[2] de Clifforde, omnibus hominibus suis et amicis, tam præsentibus quam futuris, salutem. A.D. 1152. Of the same.

Sciatis me concessisse, et præsenti carta mea confirmasse, donationem quam Berta soror mea fecit ecclesiæ Beati Petri, et Hamelino abbati, et monachis Gloucestriæ, concessione Helyæ Giffardi filii sui primogeniti, scilicet medietatem totius manerii de Ullingewike, tam in dominio quam in villenagio, in hominibus et terris, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis, et viis, et semitis, et omnibus aliis rebus, excepta ecclesia, et virgulto, et veteri curia; ita tamen quod Helyas dabit escambium in terra arabili suæ medietatis secundum quantitatem[3] medietatis curiæ et virgulti. Quare volo et concedo ut prædicta terra Sancti Petri et abbas et monachi Gloucestriæ teneant eandem medietatem cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus eidem manerio pertinentibus, in perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni servitio, excepta medietate servitii unius militis. Huic concessioni et confirmationi meæ interfuit, et hoc ipsum concessit Walterus filius meus primogenitus, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo secundo, etc. f. 170.

[1] *quod*] This word is written partially upon an erasure.

[2] At the top of the page here the scribe has recommenced the preceding charter in error, but has afterwards cancelled the redundancy with the word *vacat*.

[3] *suæ* is inserted in the MS. before *medietatis*, but with the sign of erasure.

DCXCI. *De eodem.*

A.D. 1162, July 10. Of the same.

Helias Giffardus, omnibus hominibus suis et amicis, Francis et Anglis, et omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, salutem.

Sciatis me concessisse dominæ et matri meæ Bertæ medietatem totius manerii de Ullingwike maritagii sui, donandam ecclesiæ Sancti Petri, et Hamelino abbati et conventui Gloucestriæ, in perpetuam elemosinam, solutam, liberam, et quietam ab omnibus servitiis, et consuetudinibus, et tallagiis, et exactionibus, et assisis, excepto servitio dimidii militis, tam in dominio quam in villenagio, in bosco et plano, in pratis et pasturis, et omnibus aliis rebus, cum omnibus libertatibus eidem manerio pertinentibus, præter ecclesiam et virgultum et veterem curiam; ita tamen quod secundum quantitatem medietatis curiæ et virgulti dabo ei escambium in terra arabili[1] alterius medietatis. Ipsa vero, pro salute animæ suæ et meæ, et patris mei, et omnium antecessorum et parentum nostrorum, maxime vero patris et matris suæ, a quibus idem manerium datum fuit in matrimonium, me præsente et in hoc ei tam verbo quam facto ac voluntate assensum præbente, dedit semet ipsam, et totam prædictam
f. 170 *b.* medietatem ecclesiæ Sancti Petri, in hunc modum, quod eandem cum alia medietate tenebit tota vita sua, si voluerit. Post decessum autem ipsius, una medietas mihi, et alia, sicut dictum est, ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, in perpetuum remanebit. Hanc donationem tam ipsa quam ego prius in capitulo fecimus. Et ego ibidem hujus rei gratia unum ex dono abbatis, alium ex dono dominæ et matris meæ, annulum aureum accepi. Deinde super altare Sancti Petri manu nostra, præsente conventu et multis aliis, memoratam terram solenniter obtulimus, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo secundo, sexto idus Julii.

Quod quia stabile volo esse, etc.

DCXCII. *De eodem.*

A.D. 1261. Of the same.

Hæc est finalis concordia, facta in curia domini regis apud Gloucestriam, a die Paschæ in unum mensem, anno regni regis Henricii filii regis Johannis quadragesimo quinto,

[1] *dabo ei* is inserted in the MS. before *alterius*, but with the sign of erasure.

coram Gilberto de Prestone, Martino de Lutleburia, Willelmo de Engelfende, et Galfrido de Leukenore, justiciariis itinerantibus, et aliis domini regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Johannem[1] abbatem de Gloucestria querentem, et Johannem Giffardum, de hoc quod idem Johannes acquietaret prædictum abbatem de servitiis quæ episcopus Herefordensis[2] ab eo exigit de libero tenemento suo quod de prædicto Johanne tenet in Ullingewike, scilicet de duabus partibus feodi unius militis cum pertinentiis; et unde idem abbas questus fuit quod prædictus episcopus Herefordensis distrinxit ipsum quod faceret sectam ad curiam ipsius episcopi Herefordensis de mense in mensem, et quod daret ei relevium cum contigerit de prædicto tenemento, de qua secta et quo relevio, idem Johannes, qui medius est inter eos, ipsum aquietare debet; et unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod prædictus Johannes recognovit et concessit, pro se et hæredibus suis, quod ipsi de cætero aquietabunt et defendent eundem abbatem et successores suos et ecclesiam suam Sancti Petri Gloucestriæ versus prædictum episcopum et successores suos et ecclesiam suam[3] Herefordensem de prædicta secta et prædicto relevio in perpetuum. Et præterea prædictus Johannes dedit prædicto abbati quinque marcas argenti. Et pro hac recognitione, concessione, donatione, fine et concordia, prædictus abbas remisit et quietum clamavit, de se et ecclesia sua prædicta, prædicto Johanni omnia damna quæ dicebat se habuisse occasione quod prædictus Johannes ipsum prius non aquietaverat de prædicta secta et prædicto relevio usque ad diem quo hæc concordia facta fuit in perpetuum.

DCXCIII. *De Wottona.*

Sciant[4] præsentes et futuri, quod ego Walterus de Holecumba concessi et confirmavi Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ, molendinum de Wottona cum tota terra quam Ricardus filius Nigelli[5] et Emma uxor ejus dederunt eisdem monachis, cum filiis suis, Willelmo, et Thurstino, quando eos

Of Wottona. f. 171.

[1] John de Felda.

[2] In the margin here is inserted, in a later hand, *Nota contra episcopum Herefordensem.*

[3] *Sancti Petri Gloucestriæ . . . . suam*] Inserted in the margin of the MS. in a different hand.

[4] In the margin here is inserted, in a later hand, *in Wichio.*

[5] This grant, by Richard Fitz-Nigell and Emma his wife, was made in the year 1126. Vide calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 118).

in ecclesia sua monachos fecerunt, in perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni exactione, et consuetudine sæculari, et servitio, tam regali quam meo, ita ut nullus hæredum vel successorum meorum aliquam habeat reclamationem in prædicta terra vel molendino.

Quod quia ratum volo et inconcussum in posterum permanere, præsenti cartæ, etc.

DCXCIV. *De Wiz.*

Of Wick. Sciant præsentes et futuri, quod ego Thomas, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et conventus ejusdem, concessimus Nicholao filio Hodiernæ totam terram illam apud Wichium quam Editha relicta Ricardi tenuit a nobis, et quam ab ipsa emimus, et terram illam quam ipse prius tenuerat a nobis; tenendas de nobis in feodo, et hæreditate, pro quinque solidis annuatim reddendis duobus terminis, medietatem ad festum Sancti Michaelis, et medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ. Idem vero Nicholaus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de solvendo redditu nostro plenarie, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod neque prædictam terram vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu nostro.

Quod quia ratum et inconcussum manere volumus, etc.

DCXCV. *Winchecumbe.*

A.D. 1100–1112. Of Winchecumbe. Henricus, Dei gratia rex Anglorum, Sampsoni [Wigorniensi] episcopo, et Waltero vicecomiti, et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Gloucestresira, salutem.

Sciatis me concessisse Sancto Petro de Gloucestria, et monachis suis, totam terram quam Thomas de Sancto Johanne eis dedit in Winchecumba. Et volo et præcipio ut bene et honorifice teneant, cum soca, et saca, et cum tollio, et team, et infangeneþof, sicut habent et tenent melius totam aliam terram suam. Hiis testibus.

DCXCVI. *De Wira.*

Of Wira. Sciant præsentes et futuri, quod ego Rogerus de Mortuo Mari, consilio et assensu Ysabellæ uxoris meæ, dedi et con-

cessi, et hac carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, et uxoris, et pro animabus patris mei, et matris meæ, et omnium parentum et amicorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, ut habeant per totum annum, in perpetuum, unum quadrigam cum duobus equis, sive f. 171 *b.*
unum carrum cum servientibus ad hoc necessariis, in foresta mea de Wira, cedenda et attrahenda ligna per visum forestariorum tam meorum quam hæredum meorum ad opus domus suæ. Et liceat eis habere carrum quando voluerint, et quando voluerint quadrigam cum duobus equis, secundum voluntatem eorum in perpetuum. Dedi etiam eisdem monachis mesuagium cum tota terra quam Gunny tenuit de me inter duos cheminos apud Ladam de Wrubbehale, similiter in puram et perpetuam elemosinam. Et volo quod sæpedicti monachi habeant et teneant prædictam elemosinam de me et hæredibus meis in perpetuum, cum via et transitu per prædictam forestam et per totam terram meam, sive de mea foresta, sive aliunde attractatum fecerint usque ad Sabrinam, liberam, integram, et quietam ab omni servitio, exactione, et consuetudine.

Et ut hæc mea donatio rata et inconvulsa in posterum permaneat, præsenti scripto sigilli mei impressione munito, etc.

DCXCVII. *Walehamme, scilicet de prato.*

Sciant[1] præsentes et futuri, quod [ego] Walterus Grangerius, Of Walehamme.
de assensu et voluntate Edithæ de Churchesdone uxoris meæ, dedi et concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam elemosinam, unam acram prati in Walehamme, scilicet illam quam Philippus le Deveneys aliquando tenuit; tenendam et habendam sibi et successoribus eorum libere et quiete, bene et in pace, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis; videlicet quod ego Walterus, nec Editha uxor mea, nec hæredes nostri, in dicta acra prati aliquod jus vel clamium in posterum vendicare possimus. Ego vero Walterus et Editha uxor mea et hæredes nostri dictam acram prati cum omnibus pertinentiis suis dictis monachis vel successoribus eorum contra omnes homines et fœminas warantizabimus in perpetuum et defendemus.

Et ut hæc mea donatio et concessio firmiter observetur, præsenti scripto, etc.

[1] This, it will be seen, is a repetition of No. DLXIII. (*ante*, p. 83). See also No. CCCCXXXIII. (*ante*, p. 6).

DCXCVIII. *Wyrecesbury.*

Of Wraysbury.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Robertus Gernon, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, dedi et concessi Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ, ecclesiam de Wirecesbury et de Laverkestoke, et omnia quæ ad easdem ecclesias pertinent, et dimidium molendinum, et medietatem terræ quæ ad illud pertinet, liberas et quietas ab omni exactione et consuetudine et servitio quod ad me pertinet et ad hæredes meos, in perpetuam elemosinam. Testibus, etc.

f. 172.

DCXCIX. *De eodem.*

A.D. 1100–1122. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, R[oberto] episcopo Lincolniensi,[1] et Hugoni de Boch[inghamia], et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Middelsexa, salutem.

Sciatis me concessisse Sancto Petro de Gloucestria, et Petro abbati et monachis suis de Gloucestria, ecclesiam de Wirecesbury, et ecclesiam de Laverkestou, quas Robertus Gernun eis dedit, et omnia quæ ad easdem ecclesias pertinent, et dimidium molendinum, et medietatem terræ quæ ad illud pertinet. Et volo et præcipio ut bene et honorifice teneant.

Teste M[atilda] regina.

DCC. *De eodem.*

A.D. 1154–1168. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, R[oberto],[2] episcopo Lincolniensi, et omnibus baronibus, et justiciariis, et vicecomitibus, et ministris, et fidelibus suis, Francis et Anglis, de Buching[hamia], salutem.

Sciatis me concessisse Sancto Petro de Gloucestria, et H[amelino] abbati, et monachis suis de Gloucestria, ecclesiam de Wirecesbury, et ecclesiam de Laverkestou, quas Robertus Gernon eis dedit, cum omnibus pertinentiis earum, et dimidium molendinum, et medietatem terræ quæ ad illud molendinum pertinet. Et volo et præcipio ut bene et honorifice teneant, sicut carta regis Henrici avi mei eis testatur, etc.

[1] Robert Bloet.

[2] Robert de Chesney.

DCCI. *De eodem.*

Henricus, rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, Gilberto de Montefichet, salutem. A.D. 1154–1189.

Præcipio tibi quod permittas monachos Gloucestriæ tenere in pace, et libere, et honorifice, et juste, decimas et beneficia ecclesiarum suarum de Wirecesbury, et de Langeleia. Et nisi feceris, justiciarius meus faciat fieri. Of the same.

Teste cancellario.

DCCII. *De eodem.*

Comes Gilbertus, omnibus baronibus et hominibus de honore Willelmi de Mundfichet, Francis et Anglis, salutem. Of the same.

Sciatis me reddidisse monachis Gloucestriæ, tanquam suum rectum, ecclesiam de Wirecesbury, et ecclesiam de Langeleia, cum hominibus, et terris, et decimis, et cum omnibus ad ecclesias istas pertinentibus. Has[1] igitur ecclesias volo et præcipio ut bene, et honorifice, et libere, et quiete teneant, ita quod nullus eis injuriam neque contumeliam faciat.

Teste Stephano de Cameis, etc.

DCCIII. *De eodem.*

Robertus, episcopus Lincolniensis, clero et populo de Bukinhamsira, salutem et benedictionem. Of the same.

Sciatis me concessisse et confirmasse abbati et monachis ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, ecclesiam de Wirecesburia, et ecclesiam de Laverkestou, cum omnibus quæ ad eas pertinent, quas Robertus Gernun eis dedit meo assensu in perpetuam elemosinam, libere et quiete tenendas, salva dignitate episcopali et jure clericorum[2] qui eas modo tenent, etc.

DCCIV. *De eodem.*

Alexander, Dei gratia Lincolniensis episcopus, omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, salutem, gratiam, et benedictionem. A.D. 1123–1147. Of the same.

Noverit dilectio vestra quod, inspectis litteris prædecessoris

[1] *Has*] Haas, MS.

[2] *clericorum*] clerici, MS.

f. 172 *b*. nostri Roberti, quondam Lincolniensis episcopi, super testimonio et confirmatione donationis ecclesiæ de Wirecesburia et ecclesiæ de Laverkestou quas Robertus[1] Gernun, assensu et auctoritate ipsius, dedit Petro abbati et monachis Gloucestriæ; nos etiam donationem illam concessimus, et prædictas ecclesias, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ in perpetuum possidendas præsenti scripto et sigilli nostri auctoritate confirmamus.

Valete.

DCCV. *De eodem.*

A.D. 1123–1147. Of the same. Venerabili domino A[lexandro], Lincolniensis ecclesiæ episcopo, cæterisque dilectis in Christo fratribus ecclesiarum totius Angliæ, tam prælatis quam subditis, Bernardus, ecclesiæ Sancti Davidis minister humilis, salutem in Domino.

Caritati vestræ notum facimus, et quia ad præsens verbo non possumus, scripto testamur, nos præsentes affuisse, hoc etiam vidisse et audisse, quod Robertus Gernun dedit Sancto Petro, et Petro abbati de Gloucestria, et monachis ejus, ecclesiam de Wirecesburia, et ecclesiam de Laverkestoke, et omnia quæ ad easdem ecclesias pertinent, et dimidium molendinum, et medietatem terræ quæ ad illud pertinet. Hoc quidem vidimus et testamur. Scimus etiam quod rex Henricus donationem illam concessit, et carta sua confirmavit. Vidimus etiam quod domina mea Matilda regina ipsum Robertum Gernun usque ad altare Sancti Petri Gloecestriæ conduxit, ubi ipse, astante regina, pluribusque aliis, per cultellum super altare donationem illam confirmavit.

DCCVI. *De eodem.*

Of the same. Quoniam ea, quæ ad utilitatem ecclesiæ spectant, diligenter providere et efficaciter implere, credita nobis dispensatione, debemus, ideo ego David,[2] Buginghamiæ Dei gratia archidiaconus, tam præsenti ætati quam futuræ posteritati quod de causa abbatis et monachorum Gloucestriæ in præsentia nostra actum est de ecclesiis de Wirecesbiria et Langeleya præsenti scripto notificare curavi.

[1] *del* is inserted in the MS. before *Gernun*, but with the sign of erasure.

[2] David, archdeacon of Buckingham, held that dignity in the years 1145 and 1171 (Leneve's *Fasti*, vol. ii. p. 67).

Causa igitur hac in publica synodo in medium deducta, prædictas illas duas ecclesias ecclesiæ Gloucestriæ donatas fuisse rationabiliter tam cartarum confirmatione quam præsentis synodi attestatione cognovimus, unde ipsam per cujusdam violentam[1] intrusionem injuste spoliatam[2] audientes, cum intrusum illum sæpius ad justitiam vocavissemus, nec ille nec f. 173.
aliquis pro eo se justitiæ præsentaverit, investituram earundem ecclesiarum abbati et ecclesiæ Gloucestriæ adjudicavimus, et per claves ipsarum ecclesiarum eum in possessionem earundem totius synodi nostræ adjudicatione induximus.

DCCVII. *De eodem.*

T[heobaldus],[3] Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, Anglorum primas, et Apostolicæ Sedis legatus, dilectis sibi in Domino omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis,[4] salutem in Domino, et benedictionem. A.D. 1139–1161. Of the same.

Incolumitati ecclesiarum, et paci providentes,[5] ea quæ ecclesiis ipsis bonorum principum largitione vel rationabili quorumcunque executione adquiruntur pia ipsis benignitate, concedimus, et auctoritate nostra confirmamus. Audientes itaque ecclesiam[6] de Wirecesburia,[7] et ecclesiam de Langeleia, ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ jam diu donatas rationabiliter, et hoc plenius ex carta regia et cartis venerabilium episcoporum Roberti, scilicet episcopi quondam Lincolniensis, et Alexandri, successoris ejusdem, et reverendi[8] fratris nostri Bernardi, episcopi Sancti David, cognoscentes, deinde cum quidam[9] se in easdem ecclesias intruserit,[10] easdem ecclesias[11] et in publica synodo[12] ecclesiæ Beati Petri adjudicatas, ex carta Davidis archidiaconi Bukinghamiæ[13] et synodi[14] illius attesta-

---

[1] *violentam*] violentiam, MS.

[2] *spoliatam*] spoliatum, MS.

[3] Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Reg. A, from whence the collation is derived.

[4] *Theobaldus . . . . filiis*] Dilectis sibi in Domino omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, Theobaldus Cantuariensis archiepiscopus, Reg. A.

[5] *providentes*] producentes, Cartulary.

[6] *ecclesiam*] ecclesias, Reg. A.

[7] *Wirecesburia*] Wiresdesbiria, Reg. A.

[8] *et cartis . . . . reverendi*] et scripto venerabilis, Reg. A.

[9] *quidam*] quodam, Reg. A.

[10] *intruserit*] intruserint, Reg. A.

[11] *ecclesias*] ecclesias ipsis abjudicatas, Reg. A.

[12] *synodo*] sinodo, Reg. A.

[13] *Bukinghamiæ*] Blichingehamiæ, Reg. A.

[14] *synodi*] sinodi, Reg. A.

tione cognoscentes, et[1] plenius rescientes, ipsi[2] ecclesiæ Beati Petri[3] Gloucestriæ in earundem ecclesiarum possessione plenum nostræ auctoritatis robur concedimus, et præfatas ecclesias ipsi ecclesiæ Gloucestriæ præsenti scripto in perpetuum confirmamus.

DCCVIII. *De eodem.*

A.D. 1163–1188. Of the same.

Dilectis sibi in Domino universis Sanctæ Ecclesiæ filiis, frater G[ilbertus], Londoniensis ecclesiæ minister, salutem quæ nunc est, et quam speramus a Domino.

Elabuntur tempora, et in oblivionem multa pertrahunt, quæ nisi scriptis excipiantur, ad memoriam non facile reducuntur. Inde est quod universitati vestræ præsenti notifico, me, dum curam Gloucestrensis ecclesiæ, permittente Domino, administrarem, in inquirendis et requirendis ejus possessionibus ex officii suscepti debito debitam sollicitudinem adhibuisse, et tam ex cartarum quarundam inspectione quam totius etiam conventus Gloucestriæ aliarumque personarum quamplurium attestatione, manifeste cognovisse Robertum Gernun, dum villam de Wirecesburia et villam de Laverkestoke pleno jure et integro dominio possideret, priusquam honor ille, qui dudum fuit Roberti Gernun, ad Willelmum de Muntfichet patrem
f. 173 *b.* Gilberti de Muntfichet devolutus esset, ecclesias jam dictarum villarum Wirecesbiriæ scilicet, et Laverkestoke, ecclesiæ Beatri Petri de Gloucestria concessisse, et regem Henricum primum hanc ejus donationem, sub multa nobilium regni sui attestatione, carta sua et sigillo corroborasse. Attendens itaque et[4] multorum attestatione cognoscens ecclesiam Gloucestriæ, cui tunc præeram, memoratas ecclesias a tempore regis Henrici usque ad tempus regis Stephani, quo pax regni turbata est, possedisse, dominum etiam Lincolniensem ad abbatis et conventus Gloucestriæ præsentationem vicarios in eis instituisse, ipsos etiam ab hiis ad arbitrium suum pensiones annuas suscepisse, cum occasione cladis bellicæ commissæ mihi ecclesiæ possessio in ecclesiis jam dictis turbata fuisset per Gilbertum comitem jam dicti Gileberti avunculum qui tunc ejus præerat patrimonio illi, tutelam exhibens, qui ecclesias jam dictas auctoritate sua in quendam Londoniensem clericum Paganum nomine contulerat ad domi-

---

[1] *et*] omit. Reg. A.

[2] *ipsi*] plenum ipsi, Reg. A.

[3] *adjudicatas* is inserted in the Cartulary before *Gloucestriæ*, but with the sign of erasure.

[4] *et*] interlined in MS.

num Lincolniensem, adversus jam dictum comitem et memoratum Paganum querelam detuli, commissæ mihi ecclesiæ justitiam postulans exhiberi. Cujus auctoritate, apud Eilesburiam, per Davidem archidiaconum de Bukingham synodo publice convocata, statuto mihi die instructus affui, quæ supra sunt memorata proposui, bonæ memoriæ Bernardi, dudum Menevensis episcopi, multarumque ipsius synodi personarum munitus testimonio, memoratas ecclesias synodali judicio reportavi. In quas cum Gloucestrensis ecclesiæ nomine agens episcopali auctoritate inductus fuerim, ipsa easdem in eo recuperavit obsequio et episcopali auctoritate per me et successorem meum usque in præsens tempus obtinuit. Cui in jam dictis ecclesiis cum totum collatum, et quod potestas laica et quod episcopalis dignitas conferre potest, justum videri potest ecclesias jam dictas sibi in pace dimitti, et possessionem ejus querelis juvenis longe post nati non debere convelli.

Valeatis.

DCCIX. *De eodem.*

A.D. 1147–1168. Of the same.

Robertus,[1] Dei gratia Lincolniensis episcopus, Waltero,[2] archidiacono Oxonefordiæ,[3] et David,[4] archidiacono Bukinghamiæ,[5] et decanis atque ministris eorum, salutem.

Concedo, et episcopali auctoritate confirmo, ecclesiæ Sancti Petri de Glocestria,[6] quæcunque beneficia juste et canonice possidet in parochia nostra, ecclesias videlicet de Nortuna,[7] et Wirecesbiria,[8] et Langeleia,[9] cum adjacentiis quæ eisdem ecclesiis pertinent. In heremitorio autem Basingarum loco scilicet qui dicitur Acres [similiter][10] eidem ecclesiæ concedo et confirmo quod venerabilis prædecessor noster Alexander episcopus ei concessit, et cartæ suæ auctoritate confirmavit. f. 174.

Valete.

---

[1] Robert de Chesney. Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register A, from whence the collation is derived.

[2] Walter of Wallingford was archdeacon in 1104 and in 1151. (Leneve's *Fasti*, vol. ii. p. 64.)

[3] *Oxonefordiæ*] Oxinefordiæ, Reg. A.

[4] David was archdeacon in 1145 and 1171 (*ibid.* vol. ii. p. 67).

[5] *Bukinghamiæ*] Bukynghamiæ, Reg. A.

[6] *Glocestria*] Gloucestria, Reg. A.

[7] *Nortuna*] Nortona, Reg. A.

[8] *Wirecesbiria*] Wyresdesbiria, Reg. A.

[9] *Langeleia*] Langeleya, Reg. A.

[10] *similiter*] Supplied from Reg. A.

DCCX. *De eodem.*

A.D. 1123–1147. Of the same.

Alexander, Dei gratia Lincolniensis episcopus, R.[1] archidiacono de Bokingham, salutem, gratiam, et benedictionem.

Missis ad nos litteris suis, abbas et monachi Gloucestriæ præsentaverunt nobis Willelmum filium Theodrici clericum suum, postulantes ut ipsum in ecclesiis suis de Wirecesburia et Langeleia personam institueremus. Nos autem petitionibus eorum acquiescentes, prædictum Willelmum suscepimus, et eum in prænominatis ecclesiis personam instituimus, vobis mandantes quatinus et vos ipsum suscipiatis et personam a nobis in prædictis ecclesiis institutum capitulo suo denuncietis, sic tamen ut idem Willelmus præfatis monachis de annuo censu quem de eisdem ecclesiis ecclesiæ Gloucestriæ reddere debet sufficientem in præsentia vestra securitatem præstet, etc.

DCCXI. *De eodem.*

A.D. 1148–1168. Of the same.

Robertus,[2] Dei gratia Lincolniensis episcopus, omnibus archidiaconis et decanis, universisque fidelibus Lincolniensis episcopatus, salutem et benedictionem.

Universitati vestræ notum fieri volumus, hanc subscriptam conventionem factam fuisse in præsentia nostra apud Dunestapulam inter dilectum fratrem nostrum et amicum nostrum Hamelinum, abbatem Gloecestriæ, et magistrum Robertum de Burneham; videlicet quod prædictus abbas concessit eidem Roberto, ad tenendam de ecclesia Gloucestriæ, ecclesiam de Wirecesburia, et ecclesiam de Langeleia sive Laverkestoke, pro septem marcis argenti et dimidia per annum, quamdiu Robertus vixerit, vel habitum suum non mutaverit, ita ut quinquaginta solidos reddat in Annunciatione Beatæ Mariæ, et quinquaginta in festo Sancti Michaelis. Præfatus vero Robertus toti juri quod ex præcedenti quadam conventione facta inter ipsum et monachos Gloucestriæ se in prædictis ecclesiis dixerat habuisse et tenori cartæ ejusdem conventionis ibidem nostro assistens conspectui renunciavit, etc.

[1] Either Roger de Clinton or Richard de Urvilla. (*Vide* Leneve's *Fasti*, vol. ii. p. 67.)

[2] Robert de Chesney.

DCCXII. *De eodem.*

Universis Christi fidelibus, Henricus, divina permissione abbas Gloucestriæ et ejusdem loci humilis conventus, æternam salutem in Domino. Of the same.

Cum ecclesia de Langeleya sententialiter per judices delegatos adjudicata sit capella et conjuncta ecclesiæ de Wirecesbiria, concedimus et volumus quod magister Silvester rector dictæ ecclesiæ de Wirecesburia, secundum quod ecclesiæ suæ est adjudicata, toto suo perpetuo, capellam possideat antedictam, promittentes ei super eadem capella eundem de cætero nullatenus molestare, salvo tamen post decessum dicti Silvestri jure cujuslibet. Et idem Silvester promisit nobis bona fide de dicta ecclesia cum omnibus ad eam pertinentibus solvere annuam pensionem centum solidorum sine dilatione statutis terminis, scilicet quinquaginta solidos ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et quinquaginta solidos ad festum Sancti Michaelis. f. 174 *b*.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCXIII. *De eodem.*

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, J. prior de Lanthonia juxta Gloucestriam, et M[auricius],[1] archidiaconus Gloucestriæ, et magister R. officialis domini Wygorniensis, salutem in Domino. A.D. 1224. October. Of the same.

Mandatum domini Papæ in hæc verba suscepimus.

Honorius,[2] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori Lanthoniæ et archidiacono Gloucestriæ Wygorniensis dyœcesis, et officiali Wigorniensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex parte dilecti filii W., rectoris ecclesiæ de Langeleia, nobis est oblata querela, quod Ricardus presbyter, priorissa et moniales monasterii de Ancrewic, et quidam alii clerici et laici Lincolniensis, Saresburiensis, et Wigorniensis diœcesis, super ecclesia de Prestewike ad ecclesiam eandem spectante, decimis, et rebus aliis injuriantur eidem. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus par-

[1] Maurice de Arundel, archdeacon of Gloucester from 1210 to 1245. (Leneve's *Fasti*, vol. iii. p. 76.)

[2] Honorius III. (1216–1227).

tibus convocatis, audiatis causam, et appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Datum Laterani quarto idus Aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Hujus igitur auctoritate mandati, priorissa et monialibus de Ancrewic ad instantiam dicti W. rectoris ecclesiæ de Langeleia legitime citatis, ut coram nobis comparerent, intentione dicti W. fundata contra dictas moniales super omnibus decimis de assarto de Prestewike, et omnibus hominibus tenentibus de eodem assarto, quæ dicebat jure parochiali spectare ad ecclesiam suam de Langeleia. Tandem citra litis contestationem lis in hunc modum conquievit, videlicet quod sæpedictus W. nomine ecclesiæ suæ de Langeleia de cætero
f. 175. percipiet omnes decimas minores, et obventiones, et personales decimas, provenientes de terris et hominibus dictis. Omnes homines etiam dicti, tam vivi quam mortui, omni familia sua percipient in ecclesia de Langeleia omnia sacramenta tam necessaria quam voluntaria. Dictæ autem moniales integre percipient decimas garbarum de dicto assarto, solvendo singulis annis dicto W. nomine ecclesiæ de Langeleia, novem solidos ad duos terminos, scilicet ad Annunciationem Beatæ Mariæ quatuor solidos et sex denarios, et ad festum Beati Petri quod dicitur ad Vincula, quatuor solidos et sex denarios. Si autem præfatæ moniales prædictos novem solidos præfatis terminis non solverint, sæpedictus W. sine contradictione integre percipiet decimas garbarum de dicto assarto, quousque dictæ moniales de præfata pecunia eidem satisfecerint. Si autem de cætero contingat assartum jam dictum ampliari, vel alibi novum oriatur, ecclesia de Langeleia integre percipiet omnes decimas portionis[1] super excrescentis et cujuslibet novi assarti. Capella autem de Alreburne cum antiquis pertinentiis et antiquis libertatibus remanebit in statu in quo fuit ante dictam assartationem, ita tamen quod capellanus qui pro tempore celebrabit in capella de Alreburne nullum de parochianis de Langeleia, neque de Prestewic, admittet ad sacramenta vel sacramentalia, in damnum et præjudicium ecclesiæ de Langeleia. Servientes autem monialium qui pro tempore fuerint apud Alreburne accedent tribus festis solennibus, scilicet ad

[1] *portionis*] portiones, MS.

Natale Domini, ad Pascha, et ad Assumptionem Beatæ Mariæ, ad ecclesiam de Langeleia facturi more aliorum parochianorum.

Facta est autem hæc compositio anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto, mense Octobris.

Et ut in posterum compositio valeat et permaneat, sigilla nostra cum sigillis partium alternatim apposuimus.

DCCXIV. *De eodem.*

Reverendo domino et patri suo carissimo A[lexandro],[1] Dei gratia Summo Pontifici, suæ sanctitatis humilis servus, Nicholaus,[2] Landavensis ecclesiæ minister indignus, devotæ subjectionis obedientiam. A.D. 1159–1181. Of the same.

Quod ad præsens dilectissimæ et semper diligendæ paternitati vestræ litteras dirigo, causa hæc est. Mater mea Gloucestrensis ecclesia, quæ me iterum parturivit in Christo monastica religione diligenter instituens, tot adversitatibus undique impetita concutitur quod nisi ei vestra provideat benignitas, f. 175 *b.* et subveniat auctoritas, in magna sui parte destituta minuetur, et religio monastica quæ hactenus in ea floruisse dinoscitur, subtractis sibi subsidiis quibus sustentata viguit, sine multo sui detrimento, in eo statu quo antea, subsistere non poterit. Unde sublimitati vestræ, totis viribus, totisque desideriis supplico, ne eam in detrimentum vergi permittatis, sed potestate et auctoritate vobis a Deo commissa ab injustis eam vexationibus eruere et in pristino decore et honore conservare velitis. Quia vero vir illustris Gilebertus de Muntfichet venerabiles viros abbatem et monachos Gloucestriæ super patronatu ecclesiarum suarum de Wirecesburia et de Laverkestoke indebite et irrationabiliter inquietat, cum eas longissimo tempore quiete possederint, sicut ex autenticis scriptis, quorum transcripta sub sigillo nostro et venerabilis fratris nostri Wigorniensis episcopi, ad vestram audientiam duximus dirigenda, cognoscere poterit vestræ serenitatis discretio, testantibus cronicis nostris, quod sexaginta duo anni elapsi sunt ex quo prænominatæ ecclesiæ monasterio Gloucestriæ rationabiliter a domino feudi Roberto Gernun collatæ sunt, vestræ pietatis affectus quem injuste vexatis semper impenditis prædictorum fratrum vexationi misericorditer obviet et quieti provideat.

---

[1] Alexander III.

[2] Nicholas ap Gurgant or Gwrgant.

Ego autem, vicesimum sextum annum in episcopatu agens,[1] ante episcopatum vero triginta in præfato monasterio degens, testor coram Deo et sanctitate vestra, quod in primo anno quo illud monasterium ingressus sum, Robertus Gernun, qui tunc plenam dominationem in fundis prænominatarum ecclesiarum obtinebat, easdem ecclesias cum omnibus pertinentiis earum dedit Deo, et Sancto Petro, et Petro abbati et monachis Gloucestriæ, qui ex tunc usque in præsentem diem eas, consensu episcoporum Lincolniensium, in quorum diœcesi sitæ dinoscuntur, confirmatione quoque regis Henrici primi et secundi, libere et quiete possederunt, et in eis clericos, auctoritate Lincolniensium episcoporum continue instituerunt, et pensiones annuas ab eis susceperunt, excepto quod belli tempore comes Gilebertus jam dicti G. tutor et patrimonii custos, occasione hostilitatis quæ in regno prævaluerat, in sæpedictas ecclesias quendam clericum Paganum nomine proprio motu induxit. Unde venerabilis frater noster Gilebertus, Londoni-
f. 176. ensis episcopus, qui tunc in memorato monasterio abbatis officio fungebatur, ad episcopum Lincolniensem querelam deferens adversus jam nominatos comitem et clericum, actionem instituit, et in plena synodo, manifestata veritate, investituram earundem ecclesiarum per manum David archidiaconi de Bukingham obtinuit. Testor etiam quod pater Gileberti de Muntfichet, Willelmus videlicet de Muntfichet, qui præfato Roberto Gernun absque hærede defuncto ex donatione regis Henrici primi in patrimonium illius successit, Gloecestriæ veniens, capitulum fratrum ingressus est, et eorum orationibus se devote committens, jus eorundem monachorum in sæpedictis ecclesiis recognovit de clericis eorum quibus eas commiserant conquestus, quod per incuriam eorum male coopertæ fuissent.

Hoc, quia visu et auditu novimus, ego et plures fratrum prælibati monasterii adhuc superstites, vera assertione testificamur, etc.

DCCXV. *De eodem.*

A.D. 1164–1179. Of the same.

Reverendo domino et patri suo A[lexandro],[2] dignatione divina Summo Pontifici, R[ogerus] Wigorniensis ecclesiæ minister indignus, tam devotam quam debitam subjectionem.

[1] This brings the date of the document to about the year 1175, calculating from the year 1149, when Nicholas was promoted to the see of Llandaff.

[2] Alexander III.

Pro religiosis et honestis viris abbate Gloucestriæ, et fratribus ejusdem, apostolatus vestri præeminentiæ supplicamus, quatinus divinæ miserationis intuitu et religionis respectu, justis eorum postulationibus aurem vestræ benignitatis inclinare velitis, et eos ab indebitis vexationibus quibus inquietantur super patronatu ecclesiarum de Wirecesburia et Laverkestoke præceptionis vestræ largitione immunes efficiatis. Maxime cum non contemnendæ auctoritatis munimentis et scriptis autenticis quæ sigillata inspeximus, præscriptas ecclesias eis constet esse confirmatas, quorum etiam transcripta sub sigillo nostro et venerabilis fratris nostri Landavensis episcopi ad vestræ serenitatis discretionem duximus dirigenda, ut ex eorum inspectione super jure memoratorum fratrum certior vestra reddatur sublimitas. Et quia vir illustris Gilebertus de Muntfichet prænominatarum ecclesiarum advocationem per vestræ dignationis rescriptum obtinere contendit, cum tamen certum habeatur sæpedictas ecclesias monasterio Gloucestriæ canonice fuisse collatas priusquam pater prælibati Gileberti fundos in quibus ecclesiæ sitæ cognoscuntur regia largitione esset consecutus, vestræ discussionis, pater sancte, perpendat districtio, utrum ad singulorum dominorum quæ frequenter eventu humano contingunt successiones, quod semel rationabiliter noscitur statutum et pontificali et regio munimine robo- f. 176 *b*.
ratum præcipue cum loco religioso sit collatum juxta personæ laicalis arbitrium concuti debeat et infirmari.

Valeat Apostolatus vester semper in Domino.

DCCXVI. *Urchenefelde.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Philippo filio Philippi filii Ysaac, terram nostram in Urchenefelde, unde idem Philippus de prædecessore nostro bonæ memoriæ T. abbate et conventu Gloucestriæ cartam habuit, quæ, ut dicitur, per negligentiam custodis putrefacta est; tenendam de nobis in feodo et hæreditate, liberam et quietam ab omni servitio, pro quinque solidis nobis annuatim reddendis ad festum Sancti Michaelis. Idem vero Philippus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de solvendo redditu nostro plenarie, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat. Of Urchenefelde.

In cujus rei, etc.

DCCXVII. *De warenna.*

A.D. 1154–1189. Of warren.

Henricus,[1] rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, justiciariis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et ministris suis Gloucestresiræ, salutem.

Concedo quod monachi Gloucestriæ habeant warennas in tota terra quam habent ultra Sabrinam, sicut melius habuerunt tempore regis Henrici avi mei. Et prohibeo ne quis in eis fuget, vel leporem capiat, sine eorum licentia, super decem libras forisfacturæ.

Teste Man[sero] Bis[et] dapifero apud Andeleiam.

DCCXVIII. *De eodem.*

A.D. 1135–1154. Of the same.

Stephanus, rex Angliæ, M[iloni] Gloucestriæ, et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Gloucestresira,[2] salutem.

Sciatis me dédisse et concessisse monachis Gloucestriæ, ut habeant warennam in tota terra illorum ultra Savernam, et nemo fuget in ea, in bosco vel plano, sine eorum licentia, super decem libras forisfacturæ.

Testibus R. cancellario et W. Mort'[3] apud Bureforde.

DCCXIX. *De eodem.*

A.D. 1100–1135. Of the same.

Henricus, rex Angliæ, Waltero vicecomiti Gloucestriæ, et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Gloucestresira, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse monachis de Gloucestria, ut habeant warennas in tota terra illorum[4] ultra Savernam,[5] in bosco et plano. Et prohibeo ne aliquis in eis fuget, super decem libras forisfacturæ, nisi licentia sua.

Teste Willelmo de Rochella [apud Saresburiam].[6]

---

[1] Other copies of this and the following charters to No. DCCXXII. inclusive are contained in Gloucester Cathedral Register A, from whence the collation is derived.

[2] *Gloucestresira*] Gloucestreshire, Reg. A.

[3] *Mort'*] Marc', Reg. A.

[4] *illorum*] eorum, Reg. A.

[5] *Savernam*] Severnam, Reg. A.

[6] *apud Saresburiam*] Supplied from Reg. A. The cartulary has simply *etc.*

DCCXX. *De venationis decima.*

A.D. 1100–1135. Of tithe of venison.

Henricus, rex Angliæ, omnibus forestariis, venatoribus, et arcariis, qui sunt ex ista parte Saverna et de Dena, salutem.

Sciatis me concessisse Deo, et Sancto Petro de Gloecestria,[1] omnem decimam totius venationis meæ quæ capta erit in forestis ejusdem provinciæ. f. 177.

Teste Roberto filio Hamonis per Reg[inaldum] de Berchele.[2]

DCCXXI. *De eodem.*

A.D. 1154–1189. Of the same.

Henricus,[3] rex Angliæ, et dux Normanniæ [et Aquitaniæ][4] et comes Andegaviæ, omnibus baronibus, et ministris, et fidelibus suis, salutem.

Præcipio quod monachi Sancti Petri Gloucestriæ habeant decimam totius venationis quæ capitur in Dena[5] foresta mea quicunque ibi fuget et venationem capiat.

[Teste Thoma cancellario apud Gloucestriam.][6]

DCCXXII. *De eodem.*

A.D. 1235, August 5. Of the same.

Henricus,[7] Dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, omnibus constabulariis qui pro tempore erunt apud Sanctum Briavellum, salutem.

Quia dilecti nobis abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ decimam totius venationis quæ capitur in foresta nostra de Dene percipere consueverunt de dono prædecessorum nostrorum regum Angliæ, quorum cartam simul et confirmationem nostram inde habent, vobis præcipimus quod de tota venatione de cætero capienda in prædicta foresta nostra,

---

[1] *Gloecestria*] Gloucestria, Reg. A.

[2] *Reginaldum de Berchele*] Rog' de chelaio apud Newenham, Reg. A.

[3] This, it will be seen, is a repetition of No. CXCVI. (*ante*, vol. i. p. 261).

[4] *et Aquitaniæ*] Supplied from Reg. A.

[5] *Dena*] Denna, Reg. A.

[6] *Teste . . . . Gloucestriam*] Supplied from Reg. A. The cartulary has simply *etc.*

[7] This, it will be seen, is a repetition of No. CXCVII. (*ante*, vol. i. p. 262).

quandocunque contigerit in ea venationem capi ad opus nostrum, [per præceptum nostrum][1] decimam sine difficultate eis habere faciatis.

In hujus rei testimonium, etc.[2]

DCCXXIII. *Wodeforde, scilicet de molendino.*

Of Wodeforde.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Osmundus Basseth, concessu Roberti Folioth nepotis et hæredis mei, dedi in elemosinam, pro anima mea et Ingridæ uxoris meæ, et parentum meorum, Deo, et Sancto Petro, et monachis Gloucestriæ, duo molendina de Wodeforde, et totam terram quæ ad molendina pertinet, cum uno homine nomine Willelmo, et tota generatione sua, libera et quieta ab omni servitio, et exactione, et consuetudine, quæ ad me pertinet, et ad hæredes meos. Abbas vero et monachi concesserunt mihi fraternitatem loci sui, et nomen meum in martilogio scribi, et anniversarium meum in perpetuum, sicut uni ipsorum, observandum.

Hoc quia volo esse firmum, etc.

DCCXXIV. *Welhope.*

Of Welhope.

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, J.[3] Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri de Glocestria, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod nos, unanimi assensu, concessimus et tradidimus, et hoc præsenti scripto nostro ad modum cyrographi facto confirmavimus, Henrico de Reigate totam terram nostram de Welhope, cum omnibus pertinentiis suis, et cum omnibus commodis et proficuis quæ de dicta terra vel hominibus in dicta terra manentibus aliquo casu contingente accidere poterunt; quam etiam terram habuimus de dono domini Radulphi de Wilintone militis, adeo libere
177 *b*. et integre sicut idem Radulphus eam nobis dedit; tenendam et habendam dicto Henrico et hæredibus suis sive assignatis,

---

[1] *per præceptum nostrum*] Supplied from Reg. A.

[2] *In . . . . etc.*] In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso apud Bradenestoke, quinto die Augusti, anno regni nostri decimo nono. Reg. A.

[3] *J.*] Most probably John de Felda.

exceptis viris religiosis et Judæis, libere et integre, ad perpetuam feodi firmam, de nobis et successoribus nostris et ecclesiæ nostræ Sancti Petri de Glovernia in perpetuum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris octo marcas sterlingorum ad quatuor anni terminos, videlicet ad festum Sancti Michaelis duas marcas et dimidiam, et ad festum Sancti Andreæ viginti solidos, et ad Annunciationem Beatæ Mariæ duas marcas et dimidiam, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ viginti solidos. Et præterea idem Henricus et hæredes sui vel assignati aquietabunt nos et successores nostros et ecclesiam nostram prædictam annuatim versus dominum regem et suos ministros de uno esperverio, et de aliis servitiis domino regi annuatim debitis de dicto tenemento. Et facient nobis et successoribus nostris, ipse Henricus et hæredes sui vel assignati, bis in anno sectam ad curiam nostram de Lutletone. Et dabunt nobis rationabile herictum cum in fata decesserint, et relevium viginti solidorum. Pro hac autem concessione, traditione, et cartæ nostræ confirmatione, dedit nobis dictus Henricus præ manibus decem marcas argenti. Idem vero Henricus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque alicui in feodum et hæreditatem tradet, nec ad[1] alium locum religionis transferet, sine assensu et voluntate nostra, ita quod cedat in exhæredationem ecclesiæ nostræ. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent.

In cujus rei, etc.

DCCXXV. *De þaneworthe.*

Noverint universi Sanctæ Matris Ecclesiæ filii, tam præsentes quam futuri, quod ego Rainaldus de Chockes, ob remissionem peccatorum meorum, et salutem animæ consequendam, sed et pro salute animarum patris et matris meæ, et atavi mei, et fratris mei, omniumque parentum meorum et amicorum, tam vivorum quam mortuorum, concessi et dedi, in feodo et in hæreditate, Deo, et Sanctæ Mariæ Virgini, et monachis in ecclesia Sancti Petri Apostoli de Gloucestria Deo famulantibus, þanewordam villam meam, solutam, liberam, et Of Yaneworthe. f. 178.

[1] *ad*] repeated in MS.

quietam ab omni consuetudine et servitio quod ad me vel ad hæredes meos pertinet, perpetuo jure et hæreditate possidendam.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCXXVI. *De eodem.*

Of the same.

Notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, quod ego Radulphus de Suthleie, ob salutem animæ meæ et parentum meorum, tam vivorum quam defunctorum, dedi et concessi perpetualiter in elemosinam Deo, et Sancto Petro, et monachis de Gloucestria, þanewordam villam meam, solutam et quietam ab omni servitio, sicut unquam elemosina liberior esse potest.

Hoc quia volo esse firmum et stabile præsenti, etc.

DCCXXVII. *De eodem.*

A.D. 1139–1148. Of the same.

G[ilberto],[1] venerabili Gloucestriæ[2] abbati, totique conventui, Willelmus de Traceio, salutem et servitium.

Notum habeatur vobis et omnibus Sanctæ Ecclesiæ filiis, quod benigno animo concedo donationem illam quam Radulfus de Suthleia[3] frater meus fecit vobis de þaneworthe[4] manerio nostro. Volo siquidem et firme concedo, ut pro animabus nostris, et pro animabus patris et antecessorum nostrorum, habeatis idem manerium in elemosinam, sitque ecclesiæ de Gloucestria[5] in perpetuum datum, et super altare fixe attitulatum.

Hujus autem donationis ita a me et a Radulfo fratre meo concessæ testes sunt [Henricus de Traceio, Jordanus de Cambernun, Willelmus de Monte Acuto, Hugo de Ralea, Willelmus de Munceaus, Radulfus de Munpinceun, Ricardus capellanus, Thomas famulus Osberni monaci, Robertus de Culna, Robertus de Camrepuls.][6]

---

[1] At the Public Record Office is preserved the original of this charter, from which the following collation is derived.

[2] *Gloucestriæ*] Gloecestriæ, Charter.

[3] *Suthleia*] Sullea, Charter.

[4] *þaneworthe*] Ianwrda, Charter.

[5] *Gloucestria*] Gloecestria, Charter.

[6] *Henricus . . . . . Camrepuls*] Supplied from charter. The cartulary has simply *etc.* Appended to this charter is an heraldic seal with this legend, SIGILLVM * * * * TRACE * *.

DCCXXVIII. *De eodem.*

A.D. 1139 –1148.

Venerabili abbati Gloucestriæ Gilberto,[1] et omni conventui, Reginaldus de Jokes, salutem et servitia.

Of the same.

Notum sit vobis, quod per hoc breve confirmamus omnia quæ in carta quam habetis concessimus, scilicet terram þanewordiæ, liberam et quietam ab omni servitio, et absque custodia aliarum terrarum, remota penitus omni conventione de aliis terris custodiendis, et ea quæ tibi concessi faciam hæredem meum concedere perpetualiter.

DCCXXIX. *De eodem.*

A.D. 1135 –1154.

Stephanus, rex Anglorum, episcopo Wigorniensi et justiciariis, et vicecomitibus, et baronibus, et ministris, et omnibus fidelibus suis de Gloucestresira, salutem.

Of the same.

Sciatis me concessisse donationem illam quam Rainaldus de Coches fecit Deo, et ecclesiæ Sancti Petri de Gloucestria, et monachis ejusdem ecclesiæ de villa sua þanewordiæ, in elemosinam. Quare volo, et firmiter præcipio, quod prædicta ecclesia et monachi terram illam bene et in pace, libere, et quiete, et honorifice teneant, cum omnibus liberis consuetudinibus eidem terræ pertinentibus, sicut [Rainaldus] prædictus eis illam concessit, et dedit, et carta sua confirmavit. Hiis testibus.

DCCXXX. *De eodem.*

A.D. 1154 –1189.

Henricus, rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, et fidelibus suis, salutem.

Of the same. f. 178 *b.*

Sciatis me concessisse et confirmasse abbati et monachis Gloecestriæ quandam terram in Gloucestresira quæ þaneworthe vocatur, quam Rainaldus de Coches eisdem monachis dedit in elemosinam, et carta sua confirmavit. Quare præcipio ut idem monachi eandem terram in perpetuum habeant. Hiis testibus.

---

[1] *Gilberto*] Guillelmo, MS.

DCCXXXI. *De eodem, scilicet de uno burgagio in Nortleche.*

Of North-leach.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Willelmo de þaneworthe dimidietatem unius burgagii in burgo nostro de Northleche, scilicet medietatem illius burgagii quod Alfredus le Budel antea de nobis tenuit; tenendam et habendam de nobis in feodo et hæreditate sibi et hæredibus suis.

Reddendo inde annuatim nobis tres solidos duobus terminis anni, scilicet medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis, pro omni servitio, salvo nobis theloneo de equo vendito uno denario, et de quolibet bracino vendito uno denario. Idem vero Willelmus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat. Et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram sequentur bis in anno ad rationabilem summonitionem, scilicet ad le hokedai et ad festum Sancti Martini, etc.

DCCXXXII. *De eodem.*

A.D. 1154–1189. Of Janeworthe.

Henricus,[2] dux Normanniæ et Aquitaniæ et comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse abbati et monachis Gloucestriæ quandam terram in Gloucestresira quæ þaneworþe vocatur, quam Rainaldus de Coches eisdem monachis dedit in elemosinam, et carta sua confirmavit. Quare præcipio ut iidem monachi eandem terram in perpetuum habeant.

Teste, etc.

DCCXXXIII. *þendercumbe.*

A.D. 1263–1284. Of Yendercumbe.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Robertus de Kinemaresbury filius Philippi quondam de Kinemaresbury, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, domino Reginaldo,

[1] This, it will be seen, is a repetition of No. CCCCLXXXIII. (*ante*, p. 37).

[2] This seems to be a repetition of No. DCCXXX. (*ante*, p. 181).

abbati monasterii Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, ac eorum successoribus, totam terram meam cum omnimodis suis ubique pertinentiis prædictis abbati et con- f. 179.
ventui et eorum successoribus, adeo libere et quiete, sicut ego tenere possem, et sicut liberius unquam prædecessores mei eam tenuerunt, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum; ita quod ego et hæredes seu quicunque assignati mei præcise et penitus ab omnimodo jure et juris clamio quod in dicta terra cum suis pertinentiis habuimus vel quocunque modo habere potuimus, in perpetuum excludamur. Ego vero prænominatus Robertus me et hæredes meos, vel quoscunque assignatos meos, certa conventione obligavi, quod prædictam terram cum suis ubique pertinentiis præfatis abbati et conventui ac eorum successoribus contra omnes mortales warantizabimus, et de omnibus servitiis, sectis, exactionibus, et omnimodis aliis sæcularibus demandis aquietabimus et defendemus in perpetuum.

Et ut hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio perpetuitatis robur obtineat, præsentem cartam sigilli mei impressione roboravi, etc.

DCCXXXIV. *Hopemalhoysel.*

Edwardus,[1] Dei gratia, etc., dilecto et fideli suo Radulpho A.D. 1272–1307.
de Sandwico senescallo suo, salutem.

Mandamus vobis, quod ad boscum Sancti Petri Gloucestriæ Of Hopemalhoysel.
de Hopemaloysel, qui est infra metas forestæ de Dena, personaliter accedatis, et superviso bosco illo, diligenter consideretis, si sit ad damnum seu nocumentum nostrum, seu forestæ nostræ, aut hominum de partibus illis, si concederimus eidem abbati, quod in bosco illo, in locis quibus magis sibi viderit expedire, trencheyas facere possit, ita quod trencheyas illas haya includi faciat quod feræ nostræ ibidem transire possint nec ne. Et si ad damnum et nocumentum nostrum, aut forestæ nostræ prædictæ, seu hominum de partibus illis, ad quod damnum seu nocumentum nostrum et quod damnum seu nocumentum forestæ nostræ prædictæ seu hominum de partibus prædictis, et qualiter et quomodo, et super eo quod inde inveneritis nos in proximo parliamento nostro quod erit apud Westmonasterium a die Paschæ in tres septimanas reddatis certiores.

---

[1] Edward I.

DCCXXXV. *Littera domini regis Edwardi super inquisitione de eodem.*

A.D. 1281, May 23. Eadwardus,[1] Dei gratia, rex Angliæ, dominus Hiberniæ, et dux Aquitaniæ, omnibus ballivis et fidelibus suis ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Of the same. Quia accepimus per inquisitionem quam per dilectum [et fidelem][2] nostrum Radulphum de Sandwico[3] fieri fecimus, quod non est ad damnum nostrum[4] seu nocumentum,[5] seu
f. 179 *b.* forestæ nostræ de Dene aut hominum de partibus illis, si concedamus dilecto nobis in Christo abbati Sancti Petri Gloucestriæ, quod ipse subboscum bosci sui de Hopemaloysel, qui est infra forestam nostram prædictam, per quarteria succindere, et commodum suum inde facere possit, pro eo quod idem subboscus minus aptus est ad feras nostras ibidem sustentandas, ac pro eo quod tam lupi quam malefactores forestæ frequenter ibidem accedunt et morantur propter densitatem [ejusdem][6] subbosci. Ita tamen quod boscus ille sic succisus bassa haya includatur, et inclusus maneat per tres annos. Ita quod feræ nostræ boscum prædictum libere ingredi et exire possint. Nos, ad requisitionem ejusdem abbatis, concessimus ei quod ipse subboscum suum prædictum succindere et commodum suum inde facere possit absque impedimento nostri vel hæredum nostrorum, justiciariorum, forestariorum, viridariorum, et[7] aliorum ministrorum nostrorum forestæ quorumcunque, in forma prædicta.

In cujus rei testimonium has[8] litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo tertio die Mayi, anno regni nostri nono.

DCCXXXVI. *De eodem.*

Of the same. R[adulphus] de Sandwyco, domini regis senescallus, dilecto sibi W. de la Snappe, constabulario de Sancto Briavello, salutem.

---

[1] The enrolment of this instrument will be found upon the Patent Roll, 9 Edw. I. m. 19, from whence the collation is derived.

[2] *et fidelem*] Supplied from Roll.

[3] *Sandwico*] Sandwyco, Roll.

[4] *nostrum*] omit. Roll.

[5] *nocumentum*] nocumentum nostrum, Roll.

[6] *ejusdem*] Supplied from Roll.

[7] *et*] aut, Roll.

[8] *has*] haas, MS.

Mandatum domini regis in hæc verba suscepimus.

Edwardus,[1] Dei gratia rex Angliæ, etc., dilecto sibi custodi forestæ suæ de Dene, salutem. A.D. 1281, May 23.

Cum per litteras nostras patentes concessimus dilecto nobis in Christo abbati Sancti Petri Gloucestriæ, quod ipse subboscum suum bosci sui de Hopemaloysel, qui est infra forestam nostram prædictam, per quarteria succindere et commodum suum inde facere possit, prout in litteris nostris patentibus eidem abbati inde confectis plenius continetur; vobis mandamus, quod ipsum abbatem subboscum suum prædictum succindere, et commodum suum inde facere permittatis, juxta formam concessionis nostræ eidem abbati inde factæ. Non impedientes ipsum abbatem aut homines suos, seu per ministros nostros impediri permittentes, quin idem abbas subboscum suum prædictum succindere et commodum suum inde facere possit in forma supradicta.

Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo[2] tertio die Maii, anno regni nostri nono.

Et ideo ex parte domini regis vobis mandamus, quod istud mandatum secundum sui tenorem diligenter exequamini cum effectu. Et hoc nullatenus omittatis.

Valete.

DCCXXXVII. *Hynehamme.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Felicia de Overe, in ligia potestate mea, dedi, concessi, et hac mea carta confirmavi, Galfrido de Westone, unam acram et dimidiam quas aliquando tenui de Philippo de Lilletone in manerio de Hynehamme, videlicet unam acram quæ jacet in campo de Rowardin infra terram quæ fuit Roberti filii Asketil, cum quadam particula prati, et cum salicibus eidem acræ adjacentibus, et dimidiam acram quæ jacet in campo del Helm inter terram quæ fuit Roberti Asketil et terram quæ fuit Walteri Gunny; tenendas et habendas sibi et hæredibus suis sive assignatis suis, de me et hæredibus vel assignatis meis, libere, quiete, et integre. Of Hynehamme. f. 180.

Reddendo inde annuatim domino abbati et conventui Gloucestriæ tres obolos argenti in vigilia Paschæ pro omnibus servitiis, sectis, consuetudinibus, et demandis, sicut eisdem reddere debui et consuevi. Ego vero prædicta Felicia et hæredes vel assignati mei prædicto Galfrido et hæredibus vel

---

[1] Edward I.

[2] *vicesimo*] tricesimo, MS.

assignatis suis, prædictam terram cum particula prati et suis pertinentiis contra omnes homines et fœminas warantizabimus, et per prædictum redditum in perpetuum defendemus.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCXXXVIII. *De eodem.*

A.D. 1066–1087. Charter of king William.

Ego[1] Willelmus, rex Anglorum, petitione Serlonis abbatis mei de Gloucestre et quorundam optimatum meorum, dedi et concessi, et hoc præsenti scripto meo confirmavi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri de Glouecestre, manerium meum de Bernwude cum omnibus pertinentiis suis, tam libere ut ego unquam melius tenui; item manerium meum de Rodeforde cum suis pertinentiis; et Hammam cum toto bosco suo adjacente juxta Mortone infra metas forestæ meæ de Dena; item manerium meum de Bromtunne cum piscaria in Waya cum terra usque ad ripam Wayæ; et unam ecclesiam in foro meo de Norwiz, cum omnibus ad eam pertinentibus; item duo essarta cum pratellis adjacentibus illis, et silvulam in feodo meo in Cheleworþa. Volo etiam quod abbas, qui pro tempore fuerit, habeat warennam per totam terram suam, et piscariam suam in Sabrina quantum durat terra sua, ita quod si contigerit capi sturgionem in aquis suis totum habeat integrum; item aquam de Fulbroc quæ currit per abatiam suam, libere et integre, sine diminutione vel impedimento alicujus, sub pœna decem librarum forisfacturæ. Volo etiam et firmiter præcipio quod monachi Gloucestriæ habeant et teneant omnia prædicta in puram et perpetuam elemosinam, ita in bono, et in pace, et plenarie, et honorifice, infra burgum et extra, in aqua et extra, in via et semitis et in omnibus locis.

Hiis testibus Lanfranco archiepiscopo Doroberniæ, T[homa] archiepiscopo Eboracenci, Odone Bagosensi episcopo, Hosmundo episcopo Saloburiensi, Willelmo filio meo.

---

[1] This charter is added in a different and far inferior hand to that in which the body of the cartulary is written, though perhaps contemporary. The title *De eodem* is of course inapplicable. In the margin are written the names of the principal places mentioned in the charter.

DCCXXXIX.

A.D. 1532–1533. Of Dean forest. f. 180 *b*.

Inquisitio[1] capta apud Dene, de libertatibus infra forestam de Dene, anno regni regis Henrici octavi vicesimo quarto.

Juratores Thomas Hyott, Ricardus Ketford, Johannes Bruggemone, Thomas Whittingtone, Mathæus Bucke, Christoferus Gaynarde, Robertus Nayler, Johannes Sargeaunte, Thomas[2] Mongey, Johannes Benett, Johannes Emy, Johannes Cachemay, Willelmus[3] Woodcok, Thomas[2] Boxe, Ricardus[4] Emy, Willelmus[3] Jorden, Willelmus[3] Hall, Henricus[5] Elly, et Johannes Dryver, qui dicunt super sacramentum suum quod abbas monasterii Sancti Petri Gloucestriæ, ut in jure domus suæ prædictæ, habet et de jure habere debet, liberam warrennam in tota terra ipsius abbatis in foresta de Deane, ut per cartam domini Henrici primi quondam regis Angliæ inde concessam, et juratoribns prædictis super captionem inquisitionis prædictæ in evidentiis ostensam, plenius liquet.

Et quod idem abbas habet, et habere debet, in jure monasterii Sancti Petri, in bona pace, quiete et libere, absque aliquo servitio, totum nemus suum vocatum Sundrugge, quod pertinet ad manerium suum de Ruddille, ut per cartam dicti domini Henrici primi inde confectam, et juratoribus prædictis in evidentiis ostensam, plenius liquet.

Et quod idem abbas habet, et de jure habere debet, jure monasterii sui prædicti, in bona pace, quiete et libere, totum nemus suum de Hopemeleishulle, et capere et vastare quantum voluerit, etc., ut per cartam dicti domini regis Henrici primi inde concessam, et juratoribus prædictis in evidentiis ostensam, plenius liquet

Et quod idem abbas habet, et de jure habere debet, in pace et quiete, totum boscum suum de Byrdwood, prout per cartam prædictam plenius liquet.

Et quod idem abbas et tenentes sui manerii de Ruddille in comitatu Gloucestriæ habent, et de jure habere debent, libertatem scindendi, colligendi, et cariandi virgas infra forestam de Deane prædicta, in omnibus et singulis locis forestæ prædictæ, quando et quotiens opus fuerit, de et pro reparatione et emendatione gurgitum de Mynsterworthe were, et Duny were prædictis, ut per cartam dicti domini Henrici

---

[1] This inquisition is written upon the dorse of folio 180.

[2] *Thomas*] Thomæ, MS.

[3] *Willelmus*] Willelmi, MS.

[4] *Ricardus*] Ricardi, MS.

[5] *Henricus*] Henrici, MS.

primi inde confectam, et juratoribus prædictis in evidentiis ostensam, plenius apparet.

Et quod tenentes prædicti abbatis manerii sui de Ruddille prædicta habent, et de jure habere debent, communiam pasturæ pro averiis suis in dicta foresta de Deane.

DCCXL. *De abbatia.*

A.D. 1148–1154. Of the abbey. f. 181.

Sthephanus, rex Angliæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciariis, vicecomitibus, baronibus, ministris, et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglis, totius Angliæ, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse Hamelino, abbati Gloucestriæ, abbatiam de Gloucestria in elemosinam. Quare volo et præcipio, quod bene, et in pace, et libere, et quiete, et honorifice, illam teneat in terris, et in omnibus rebus, sicut aliquis abbas ante eum melius et liberius tenuit, cum saca, et soca, et tollio, et theam, et infangenepoef, et cum omnibus aliis liberis consuetudinibus eidem abbatiæ pertinentibus. Hiis testibus.

DCCXLI. *Abbilade.*

A.D. 1227–1228. Of Abbilade.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Radulphus de Willintone, assensu et voluntate et petitione Olimpiadis uxoris meæ, dedi et concessi, pro salute animæ meæ, et animæ Olimpiadis uxoris meæ, et hæredum meorum, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totam terram quam habui infra croftam ejusdem abbatis et conventus retro curiam suam de Abbilade, videlicet sex selliones; tenendam de me et hæredibus meis, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, libere et quiete ab omni exactione et servitio sæculari. Ego vero Radulphus et Olimpias uxor mea et hæredes mei prædictam terram prædictis abbati et conventui Gloucestriæ contra omnes homines et fœminas warantizabimus, et de regali servitio aquietabimus. Quod quia ratum et stabile esse volo in perpetuum, præsenti carta, sigillo meo roborata, confirmavi. Hiis testibus.

---

[1] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 59) this grant is said to have been made in the twelfth year of the reign of Henry III., during the abbacy of Thomas Bredon.

DCCXLII. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Radulphus de Willintone dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, Reginaldo abbati, et monachis ibidem Deo servientibus, homagium et servitium Hereberti le Buth et hæredum suorum, cum wardis, releviis, herietis, et omnibus quibuscunque eschaetis et pertinentiis, quæ mihi vel hæredibus meis de prædicto Hereberto, hæredibus suis, vel tenemento suo aliquo modo accidere potuerunt. Dedi etiam Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et prædictis abbati et monachis ibidem Deo servientibus, quatuor acras terræ cum pertinentiis in campo qui vocatur Abbodeshulle, jacentes inter terram prædicti Hereberti et terram Roberti Suffyn. Dedi etiam et concessi Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, unam acram prati et dimidiam cum pertinentiis, quod jacet inter pratum dictorum abbatis et conventus et pratum Matildis La Paumere in villa de Sondhurste; habendum et tenendum dictis abbati et conventui et eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum, in extenta duarum marcarum et dimidiæ annui redditus quas prædicti abbas et conventus solebant et debebant recipere de camera Radulphi de Willintone patris mei et hæredum suorum in partem defectus sustentationis duorum sacerdotum celebrantium divina in capella Beatæ Mariæ pro animabus antecessorum meorum. Ego vero Radulphus et hæredes mei homagium et servitium prædicti Hereberti una cum wardis, releviis, herietis, et omnibus quibuscunque eschaetis et pertinentiis, una cum prædictis terra et pratis et eorum pertinentiis, prædictis abbati et conventui et eorum successoribus contra omnes mortales warantizabimus, aquietabimus, et defendemus, in perpetuum.

A.D. 1265. Of the same.

f. 181 *b*.

In cujus rei testimonium præsenti cartæ, etc.

Datum Gloecestriæ in crastino Sancti Benedicti abbatis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

DCCXLIII. *Aldrintone.*

Sciant qui sunt et qui venturi sunt, quod ego Robertus filius Ricardi de Aldrintone concessi donationem patris mei quam fecit Thomæ filio Grisolitæ, scilicet de novem acris in Oldelonde, et de novem acris in alio campo in Benecrofte, cum mesuagio quod Robertus Bath tenuit, et cum prato ad

Of Aldrintone.

dimidiam virgatam terræ pertinente in Muchelemede; tenendis de me et hæredibus meis sibi et hæredibus suis quos constituere voluerit in perpetuum, libere et quiete et honorifice, in pratis, et pascuis, et omnibus aliis libertatibus.

Reddendo singulis annis, mihi vel hæredibus meis, ille vel hæredes sui, tres solidos ad festum Sancti Kenelmi; scilicet die Sancti Eadwardi,[1] pro omni servitio et consuetudine ad me vel ad meos pertinente. Et pro donatione patris mei et mea confirmatione dedit mihi prædictus Thomas duas marcas argenti.

Et ut hoc ratum et inconcussum permaneat, sigilli mei impressione confirmavi. Hiis testibus.

DCCXLIV. *Aldesworþe.*

Of Aldesworth.

Sciant[2] præsentes et futuri, quod ego Johannes, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus Henrico filio Johannis Eynoch de Aldesworþe, illam virgatam terræ cum omnibus pertinentiis suis quam prædictus Johannes pater ejus de nobis tenuit in
f. 182. eadem villa de Aldesworþe; tenendam et habendam de nobis, libere et quiete, ad vitam suam, et ad vitam unius pueri sui quem genuerit de prima uxore sua copula matrimoniali ei adjuncta.

Reddendo inde annuatim nobis duodecim solidos ad duos terminos; videlicet ad festum Sancti Michaelis, sex solidos, et ad Annunciationem Beatæ Mariæ, sex solidos, pro omnibus servitiis, exactionibus, et demandis, ad nos ratione dictæ terræ pertinentibus: salva secta curiæ nostræ de Aldesworþe, cum aliis libere tenentibus nostris ejusdem villæ nobis facienda. Post decessum vero dictorum Henrici, et pueri ejus qui dictam terram post eum tenuerit; prædicta terra cum omnibus pertinentiis, et cum omni melioratione superposita, sine aliqua reclamatione vel contradictione suorum, ad nos libere revertetur. Quod si contigerit quod mulier, quam dictus Henricus primo ducet in uxorem, maritum suum, et prædictum puerum suum supervixerit; præfatam terram, sicut prædictum est, tenebit, quamdiu casta permanserit. Idem vero Henricus juramentum, etc. Eandem securitatem nobis faciet dictus puer, cum dictam terram a nobis receperit. Et tam ipse Henricus, quam dictus

[1] There appears to be some omission here.

[2] A repetition of No. XXIII. (*ante*, vol. i. p. 161).

puer ejus, dictam terram, et ædificia superposita, in adeo bono statu, vel in meliori sustinebunt quamdiu vixerint, quo fuerunt quando ea receperunt.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCXLV. *Aldesworþe.*

Sciant[1] tam præsentes quam futuri, quod ego Ricardus de Wellewa, sacerdos, concessi et dedi Willelmo, servienti meo, unam hydam in Aldesworþe pro servitio suo tenendam; eo scilicet servitio quo ego tenui de abbate Gloucestriæ et conventu. Hiis testibus. Of the same.

DCCXLVI. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Nicholaus de Gardino dedi, concessi, ac[2] pro me et hæredibus meis sive assignatis, remisi et quietum clamavi religiosis viris domino Reginaldo, [abbati] Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus, totum redditum et totum jus et juris clamium quæ habui, vel quocunque modo habere potui vel potero, in dimidia hydata terræ cum omnibus pertinentiis suis quam de dictis religiosis tenui in villa de Aldesworþe, pro quatuor solidis eisdem inde annuatim solvendis, et quam dimidiam hydatam terræ Willelmus de Hyda[3] de me tenuit, reddendo inde annuatim mihi sexdecim solidos; habendum et tenendum totum prædictum redditum sexdecim solidorum cum homagiis, wardis, releviis, maritagiis, eschaetis, et omnimodis aliis servitiis et rebus quæ mihi vel hæredibus meis sive assignatis de dictis terra, redditu, et ejusdem terræ tenentibus quocunque jure accidere poterunt, dictis religiosis et eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum. Ita quod ego et hæredes mei sive assignati ab omnimodo jure et juris clamio quæ in dictis terra, redditu cum omnibus pertinentiis suis, ac dictæ terræ tenentibus habuimus vel quocunque modo habere poterimus, præcise et penitus excludamur in perpetuum. Et ego Nicholaus et hæredes sive quicunque assignati mei prædictam terram et A.D. 1263–1284. Of the same. f. 182 *b*.

---

[1] A repetition of No. X. (*ante*, vol. i. p. 155). In the margin is written *Vacat, quia in folio primo.*

[2] *ac*] interlined in MS.

[3] *W. Hida* is inserted here in the margin in a different hand.

prædictum redditum cum omnimodis pertinentiis suis præfatis religiosis et eorum successoribus warantizabimus, et de omnibus servitiis, sectis, exactionibus, et quibuscunque sæcularibus demandis aquietabimus et defendemus in perpetuum.

Et ut hæc mea donatio, etc.

DCCXLVII. *Acle.*

A.D. 1263–1284. Of Acle.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus magistro Alano de Bromfelde et Edithæ filiæ Willelmi cementarii de Bromfelde uxori suæ, viginti acras terræ cum pertinentiis in villa de Acle, quas Hugo de Acle quondam nobis et prioratui nostro de Bromfelde in puram et perpetuam elemosinam dedit. Concessimus etiam et tradidimus eidem Alano et prædictæ uxori suæ dimidiam virgatam terræ in villa de Bromfelde cum pertinentiis, et unum assartum quod continet unam acram, videlicet decem et octo acras terræ quas Willelmus cementarius de nobis et prioratu nostro de Bromfelde aliquando tenuit in villenagio cum dicto assarto, et alias scilicet decem et octo acras terræ quas Rogerus Balle quondam de nobis tenuit in villenagio, excepto quodam mesuagio quod nobis et dicto prioratui nostro perpetuo retinemus et reservamus.[1] Præterea concessimus eisdem quindecim acras terræ cum pertinentiis de villenagio quas Ricardus le Duc quondam de nobis tenuit in villa de Bromfelde; tenendam et habendam totam dictam terram cum pertinentiis suis, de nobis et successoribus nostris, sibi et dictæ Edithæ uxori suæ, et uni puero ab ipsis procreato, libere et quiete, ad vitam illorum tantum. Concessimus etiam dicto Alano, et dictæ Edithæ uxori, si eum supervixerit, quod si voluerint post vitam ipsorum dictam terram duobus pueris suis masculis vel fœmineis de dicta Editha procreatis assignare, eis bene licebit, ita quod
f. 183. post terminum vitæ cujuscunque pueri qui prius obierit tota dicta terra cum ædificiis et omni melioratione superposita ad nos sine aliqua contradictione vel clamio alterius pueri vel alicujus integre revertatur. Si vero dictus Alanus absque hærede de dicta Editha uxore sua procreato decesserit, post finem vitæ dictæ Edithæ uxoris suæ tota dicta terra, ut prædictum est, ad nos integre revertetur.

Reddendo inde annuatim prioratui nostro de Bromfelde

---

[1] *et rescrvamus*] repeated in MS.

tresdecim solidos sterlingorum ad duos terminos, videlicet medietatem ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, pro omni servitio et demanda ad nos pertinente. Pro hac autem concessione et traditione dedit nobis dictus Alanus duodecim marcas argenti præ manibus. Idem vero Alanus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu et voluntate nostra. Eandem nobis facient securitatem singuli prædicti qui sibi succedent. Et tam ipse quam singuli prædicti curiam prioratus nostri de Bromfelde cum liberis hominibus nostris bis in anno sequentur.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCXLVIII. *Aldesworþe.*

Of Aldesworthe.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus, Willelmo Barebast et hæredibus suis, unam virgatam terræ et dimidiam in villa nostra de Aldesworþe; illam scilicet [quam] Alexander Murye aliquando de nobis tenuit, cum mesuagio, et curtilagio, et omnibus pertinentiis suis. Insuper concessimus eidem dimidiam virgatam terræ in eadem villa; illam scilicet quam emimus de Roberto filio W. Marescalli de Walle, cum mesuagio, et curtilagio, et omnibus ad eam pertinentibus; habendam et tenendam de nobis totam prædictam terram in feodo et hæreditate sibi et hæredibus suis, libere, quiete.

Reddendo inde nobis annuatim, ipse et hæredes sui sexdecim solidos ad duos terminos, videlicet medietatem ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ, pro omni servitio, exactione, et demanda ad nos pertinente, præter id quod curiam nostram de Aldesworþe sequentur. Idem vero, etc.

DCCXLIX. *Aldesworþe.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Willelmo Barebast et hæredibus suis, illud mesua-

f. 183 *b.* gium cum curtillagio quod Agnes Toppes aliquando de nobis tenuit in villa de Aldesworþe; habendum et tenendum de nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus suis, libere, quiete, bene, et in pace, in perpetuum.

Reddendo inde annuatim nobis[1] et successoribus nostris, ipse et hæredes sui, duodecim denarios ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad festum Annunciationis Dominicæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis, pro omni servitio et sæculari demanda ad nos, ratione dicti mesuagii, pertinente. Idem vero Willelmus juramentum, etc. Eandem securitatem nobis facient ipsius Willelmi hæredes cum singuli sibi successerint. Pro hac autem concessione et traditione nostra dedit nobis idem Willelmus viginti solidos sterlingorum præ manibus.

In cujus, etc.

DCCL. *Ameney super communa pasturæ prati quod vocatur Estbroke.*

A.D. 1278–1279. Of Ameney.

Jordanus[2] le Fraunkeleyn qui tulit breve assisæ novæ disseysinæ versus abbatem Gloucestriæ et Willelmum de Linkeholte, Willelmum le Staleworþe, Johannem Kyng, et Robertum Kynstan, de communa pasturæ suæ in Upameneye quæ pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa, venit et retraxit se, ideo ipse et plegii sui de prosequendo in misericordia.

DCCLI.

Of the same.

Postea[3] convenit inter prædictum abbatem, et ipsum Jordanum, quod prædictus abbas concessit pro se, et successoribus suis prædicto Jordano et hæredibus suis communam pasturæ in quodam prato quod vocatur Estbroke quod continet circiter triginta acras ad communicandam in eodem prato a decimo die post festum Sancti Michaelis, usque ad festum Purificationis Beatæ Mariæ, cum omnibus averiis propriis, exceptis porcis. Et prædictus Jordanus cognovit et concessit, pro se et hæredibus suis, quod ipse, nec hæredes sui, aliquam communam ibi habere, nec clamare poterint, nisi tempore prædicto.

---

[1] *ann* is inserted in the MS. before *et*, but with the sign of erasure.

[2] A repetition, with variations, of No. XXXII. (*ante*, vol. i. p. 165).

[3] A repetition, with variations, of No. XXXIII. (*ante*, vol. i. p. 166).

DCCLII. *Bristollia, scilicet de ballivorum et burgensium littera.*

Writ of the bailiffs of Bristol.

Ballivi[1] de Bristollia, et David la Werre, et omnes burgenses ejusdem villæ, dilecto sibi in Christo abbati Gloucestriæ, salutem.

Sciatis quod Ricardus Cophin dedit et concessit terram suam de Bristollia Deo et Sancto Petro de Gloucestria coram toto hundredo, et ibi pacavit lx. solidos, et quietus fuit de omni calumnia, et de hoc testes sumus.

DCCLIII. *Burgagia Gloucestriæ, scilicet de quinque seldis.*

Of Glouc ester. f. 184.

Sciant[2] præsentes et futuri, quod ego Ricardus filius Ernisii, assensu et voluntate Mabiliæ uxoris meæ, pro anima patris mei et matris meæ, similiter pro anima patris et matris ejusdem Mabiliæ, et omnium antecessorum et parentum nostrorum, dedi et concessi Deo et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, quinque seldas; illas quæ sunt inter terram Ricardi filii Willelmi ab occidente, et inter tres seldas ejusdem ecclesiæ Sancti Petri ab oriente contra domum lapideam. Item dedi et concessi eisdem quatuor solidos, duos denarios, et obolum, et quatuor capones percipiendos de terra mea quæ est versus molendinum Morini; videlicet de Waltero Feutrario et hæredibus ejus duos solidos, et tres obolos annuatim, medietatem scilicet ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis, et duos capones ad Natale; similiter de Willelmo del Brok et hæredibus suis de eadem terra duos solidos et unum denarium annuatim ad eosdem terminos, et duos capones ad Natale, de quibus quatuor solidis eadem ecclesia persolvit annuatim quatuordecim denarios et obolum Waltero Kentwine et hæredibus suis. Item dedi et concessi Deo et eidem ecclesiæ decem denarios percipiendos annuatim de Roberto tinctore et hæredibus suis de terra illa quæ jacet inter terram Matildæ viduæ et terram Galfridis circulatoris.

Et quia volo ut hæc donatio firma sit et stabilis in perpetuum, etc.

---

[1] A repetition, with variations, of No. XLVI. (*ante*, vol. i. p. 173).

[2] A repetition, with variations, of No. LXX. (*ante*, vol. i. p. 185).]

DCCLIV. *De eodem.*

Of the same.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, tradidimus Ricardo filio Ernisii, et Mabiliæ uxori suæ, quinque seldas, illas quæ sunt contra domum nostram lapideam, juxta terram Ricardi filii Willelmi in Sueria; tenendas de nobis, quamdiu uterque vel alter eorum vixerit, pro quinque solidis ad hokeday, et aliis quinque solidis pro una libra ceræ ad festum Sancti Michaelis nobis annuatim solvendis. Item concessimus eisdem Ricardo et Mabiliæ quatuor solidos duos denarios et obolum, et quatuor capones percipiendos quamdiu uterque vel alter vixerit; videlicet duos solidos et tres obolos de Waltero Feutrario, et duos capones et alios duos solidos et[2] unum denarium; et duos capones de Willelmo del Broc. Item concessimus eisdem Ricardo et Mabiliæ decem denarios quamdiu uterque vel alter eorum vixerit, percipiendos de terra quam Robertus tinctor tenet. Post obitum autem eorum hæc omnia supradicta ad nos et ad ecclesiam nostram, libere et integre sine impedimento, vel reclamatione alicujus, revertentur. Concessimus etiam prædictis Ricardo et Mabiliæ, caritatis intuitu, f. 184 *b.* singulis diebus, quamdiu uterque vel alter eorum vixerit, unum panem monachi et unum galonem de cervisia conventus, et unum ferculum de generali conventus.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confecimus, cujus unam[3] partem sigillo ecclesiæ nostræ munitam eis tradidimus, alteram vero partem sigillis eorundem Ricardi et Mabiliæ munitam, penes nos retinuimus.

DCCLV. *De burgagiis.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ricardus Burgeys concessi terram meam, quam Ernaldus Kachepol tenuit, Waltero filio suo; tenendam de me et hæredibus meis, sibi et hæredibus suis, ita libere et quiete, ut pater suus unquam melius tenuit per reddendos mihi et hæredibus meis annuatim quatuor solidos et sex denarios duobus scilicet terminis anni, duos solidos et tres denarios ad Sanctum Oswaldum, et duos solidos tres denarios ad Purificationem.

---

[1] A repetition, with variations, of No. LXXI. (*ante*, vol. i. p. 186).

[2] *tres ob'* is inserted in the MS. before *unum*, but with the sign of erasure.

[3] *unam*] alteram, MS.

DCCLVI. *De eodem.*

Omnibus amicis suis et hominibus suis universis, Walterus Hut, salutem. Of the same.

Sciatis me concessisse Henrico filio Godid' terram et mansionem quam emi de Alexandro cognato Baronis, quæ est de terra in qua ipse Baro mansit in vico Sanctæ Trinitatis; tenendam de me et hæredibus meis, sibi et hæredibus suis, in feodo et hæreditate.

Reddendo mihi vel hæredibus meis annuatim septem solidos de sterlingis, scilicet xxi. denarios ad Nativitatem Sancti Johannis, et xxi. denarios ad festum Sancti Michaelis, et xxi. denarios ad Nativitatem, et xxi. denarios ad festum Sanctæ Mariæ in Martio, pro omnibus servitiis.

Quod quia ratum fieri volo, præsenti carta sub sigilli mei impressione confirmo. Hiis testibus.

DCCLVII. *De burgagiis.*

Rogerus comes Herefordiæ, omnibus baronibus, et vicecomitibus, et dapiferis, et ministris, et præpositis, et burgensibus, et hominibus, et amicis suis, Francis et Anglis, salutem. Of the same.

Sciatis me dedisse et reddidisse, in feodo et hæreditate, Willelmo Haubergario et hæredibus suis, ad tenendum de me et hæredibus meis, totam illam terram quæ est inter terram Johannis presbyteri et terram Laurentii Corvesorii, quam Milo comes pater meus eis dedit pro servitio suo et pecunia sua, et in escambium illius terræ quam Walterus constabularius avus meus ei dederat juxta portam de Northweta. Et ideo volo et firmiter præcipio, quod ipse et hæredes sui habeant et teneant eandem terram ita libere, et quiete, et honorifice, sicut unquam melius, et liberius, et quietius, ipse Willelmus tenuit et habuit tempore prædicti Walterii constabularii avi mei et Milonis patris mei. Et præcipio quod idem Willelmus et hæredes sui sint liberi et quieti de syris, et hundredis, et assisis, et auxiliis, et geldis, et vigiliis, et placitis, et querelis, et consuetudinibus, et omnibus exactionibus cujuscunque modi sint, et nemini inde respondeant, nec in placitum ducantur, nisi in præsentia mea. Et inde dedit mihi ipse Willelmus unam loricam, et homo meus ligius factus est. f. 185.

DCCLVIII. *De eodem, scilicet de dono magistri N[icholai] de Haþerleya.*

A.D. 1263. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego magister Nicholaus de Hatherleya filius Mauricii de Gloucestria, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, domino Reginaldo, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui et eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, et antecessorum meorum, omnia tenementa et redditus quos habui in villa Gloucestriæ cum omnibus pertinentiis suis in perpetuum; videlicet mansionem quandam in vico aquilonali in qua mansit pater meus, cum omnibus pertinentiis suis, cum tribus seldis ibidem adjacentibus, quæ quidem seldæ jacent inter ostium dictæ mansionis et domum quæ fuit Roberti le Mercer, et tres seldas inter ostium dictæ mansionis et venellam de Grauntelone jacentes, cum sex solidis annui redditus de quadam selda jacente in Marceria inter seldam quæ fuit Vincentii Chose ex parte una et seldam quæ fuit Roberti le Mercer ex parte altera, et duas seldas quæ jacent inter domum quæ fuit Walteri de Saundone et seldam quæ fuit Willelmi de Teok[esburia], et octo solidatas annui redditus de quadam selda quam tenuit Petrus de Bathonia. Et tres mansiones quæ jacent in Oxbodelone inter terram quæ fuit Ricardi Tyrri et terram quæ fuit Roberti le Wyse; et totam terram meam in Grantelone jacentem inter terram quæ fuit Lucæ Cornubiensis cum duabus mansionibus adjacentibus ibidem juxta terram quæ fuit Alexandri de Brock; habenda et tenenda omnia prædicta tenementa, seldas, et redditus, prædicto abbati et conventui et eorum successoribus, libere, quiete, bene, et in pace, in perpetuum, sicut in cartis quas habent de me plenius continetur. Salvis Alexandro fratri meo quinquaginta solidos per manus dictorum abbatis et conventus quamdiu vixerit de dictis tenementis annuatim quatuor terminis recipiendis, videlicet ad festum Sancti Michaelis duodecim solidos et sex denarios, ad Natale Domini duodecim solidos et sex denarios, ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ duodecim solidos et sex denarios, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ duodecim solidos sex denarios.

f. 185*b*. Et quia volo quod hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio perpetuitatis robur obtineat, præsens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

DCCLIX. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego magister Nicholaus filius Mauricii Durant de Gloucestria dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, domino Reginaldo, Dei gratia abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus, in perpetuum, pro salute animæ meæ et successorum meorum, sexdecim acras terræ arabilis cum una acra prati in campo de Dunhatherleye, scilicet quatuor acras et dimidiam quæ jacent in campo versus Twygworþe, unam videlicet quæ jacet inter terram quæ fuit dominæ Johannæ de Brythamptone et terram Willelmi fabri de Aula regis ex parte una, et terram quæ fuit Willelmi Gule ex altera, quæ vertit se super forerdam quæ[1] fuit dictæ dominæ Johannæ de Brithhamptone, et unam acram quæ jacet juxta terram quæ fuit Rogeri de la Forde, quæ vertit se super forerdam quæ fuit dicti Willelmi fabri de Aula regis, et unam acram in Puthforlong quæ jacet juxta terram quæ fuit Walteri Gaumbeys, et unam dimidiam acram quæ jacet inter terram Willelmi Mayflyn ex parte una et terram quæ fuit Rogeri Gaumbeys ex altera, quæ dimidia acra ex parte orientali vertit se super terram dicti Rogeri Gaumbeys, et ex parte occidentali vertit se super terram quæ fuit Walteri Mays. Concessi etiam prædictis, in campo versus Northonam, septem acras terræ meæ arabilis, videlicet duas acras quæ jacent in Stanburemere juxta terram quæ fuit Rogeri coci ex parte una et terram ecclesiæ prædictæ villæ de Dunhaþerleye ex altera, et unam dimidiam acram ibidem quæ est forerda ex parte una quæ jacet juxta terram quæ fuit Walteri David, et duas dimidias acras in Wyntercroft quæ jacent juxta terram quæ fuit Willelmi Gule, et unam acram ibidem quæ jacet juxta terram quæ fuit Rogeri de la Forde, et unam acram et dimidiam quæ jacent simul versus Staneburemere inter terram ecclesiæ prædictæ villæ ex utraque parte, quæ scilicet dimidia in parte orientali est forerda, et in parte occidentali vertit se super forerdam quæ fuit Matildis de Twygworþe, et unam acram ex opposito domus quæ fuit Adæ carpentarii quæ jacet juxta terram quæ fuit Matildis de Twigworþe. Concessi etiam eisdem quatuor acras et dimidiam in campo versus parcum, f. 186. videlicet tres dimidias acras in Longforlong quæ jacent inter

A.D. 1263–1284. Of the same.

[1] *quæ*] repeated in MS., but the redundant word is marked with the sign of erasure.

terram quæ fuit Gylberti Mayflyn ex parte una et terram quæ fuit Gilberti præpositi ex altera, et unam dimidiam acram in Sawe quæ jacet juxta terram quæ fuit Rogeri de la Forde, et unam acram in Merewey, quæ jacet juxta terram quæ fuit Henrici de Burenhulle, et unam dimidiam acram in Bemaresforlong quæ jacet juxta terram quæ fuit Rogeri de la Forde, et aliam dimidiam acram quæ jacet inter terram ecclesiæ dictæ villæ et terram dicti Rogeri de la Forde, et unam aliam dimidiam acram in Longeforlonge quæ jacet inter terram quæ fuit dominæ Johannæ de Willingtone ex parte una et terram Rogeri Gaumbeys ex altera, et unam acram prati in Suthmede, illam scilicet quæ jacet juxta acram prati quam Ricardus de Culne quondam capellanus emit de Rogero Goldfinch; tenendas et habendas omnes prædictas acras cum prato de me in perpetuum.

Reddendo inde annuatim, prædicti abbas et conventus et eorum successores, duos denarios dominis feodi et eorum hæredibus sive assignatis in festo Beati Michaelis pro omnibus servitiis et sæcularibus demandis, prout continetur in munimentis quæ penes eos de me habent.

Et ut hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio rata et stabilis permaneat in perpetuum, præsentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

DCCLX. *Brocþrop.*

Of Brocthrop.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Alexander Heremon, de consilio et providentia amicorum meorum et parentum, quietum clamavi in perpetuum, pro me et hæredibus meis, Henrico Foleth abbati Gloucestriæ et ejusdem loci conventui, totum jus quod clamavi vel clamare potui in ferendello terræ, et uno mesuagio cum pertinentiis in villa de Brocþrop quæ Walterus le Graunger tenuit, et unde placitum fuit in comitatu Gloucestriæ per breve regis de recto inter dominum abbatem et me; ita scilicet quod ego nec hæredes mei pro nullo consilio vel negotio in dicta terra aliquod jus exigere poterimus. Pro qua prædicta clamantia prædicti abbas et conventus dederunt mihi septem solidos argenti ad magnum negotium meum. Et ego Alexander affidavi pro me et hæredibus meis, quod non exquiram artem nec ingenium, per me nec per aliquem alium, unde dicti abbas et conventus de prædicta terra amplius vexentur.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCLXI. *Boclonde.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas Gloucestriæ et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus Waltero de Sondhurste unam virgatam terræ in villa de Bonclaunde cum pertinentiis; illam scilicet quam Ricardus filius præpositi de nobis tenuit, et quam habuimus in manu nostra anno regni regis Henrici filii regis Johannis quinquagesimo secundo; habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris ad vitam suam, et ad vitam primæ uxoris suæ, si quam ducere contigerit, tantum; quod si uxorem non duxerit, ad vitam Adæ clerici fratris sui si eum supervixerit, libere et quiete, bene et in pace, pro decem solidis annui redditus ad duos anni terminos annuatim persolvendis pro omnibus servitiis ad nos inde pertinentibus, excepto quod idem Walterus vel qui dictam terram tenuerit auxilium in festo Sancti Michaelis sicut alii vicini sui qui tantam terram tenent annuatim nobis præstabit. Idem vero Walterus juramentum nobis præstabit. Idem vero Walterus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, sine assensu et voluntate nostra. Post decessum vero prædictorum Walteri, uxoris suæ, seu Adæ, ut prædictum est, præfata terra cum omni melioratione superposita ad nos plenarie revertetur sine contradictione suorum. A.D. 1263–1284. Of Boclonde. f. 186 *b*.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ signatam, dicto Willelmo tradidimus, alteram vero partem, sigillo ipsius roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DCCLXII. *Bristollia.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Salonius filius Salonii de Bristollia dedi et concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, terram meam quam habui in Bristollia; illam scilicet quæ jacet in Radeclivestrete inter terram Vincentii speciarii et terram quæ fuit Rogeri Gnawe- Of Bristol.

peny; tenendam et habendam in perpetuum, liberam et quietam ab omni servitio et demanda ad me vel ad hæredes meos pertinente, salvis capitali domino feodi quatuor denariis et
f. 187. obolo qui debentur ei inde annuatim ad hokeday et ad festum Sancti Michaelis. Præterea dedi prædictis monachis quatuor solidos quos annuatim percipere consuevi ad hokeday et ad festum Sancti Michaelis de terra quam Willelmus le Fraunceys tenuit de me in feodo, illa scilicet quæ jacet inter crucem lapideam et pontem Brihtine. Concessi etiam quod dicti monachi habeant, absque omni retenemento et reclamatione, totum jus et emolumentum quod ego vel hæredes mei habuimus vel habere potuimus in prædictis terris in perpetuum.

Et ut hæc mea donatio et concessio, etc.

DCCLXIII. *De Berthona.*

A.D. 1263–1284. Of the Barton. Sciant præsentes et futuri, quod ego Sibilla quondam uxor Willelmi Cruste, dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, domino R[eginaldo], Dei gratia abbati Sancti Petri Gloucestriæ et ejusdem loci conventui, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, redditum decem denariorum quem solebam percipere de Waltero fabro pro tenemento quod de me quondam tenuit; quod tenementum Willelmus de Ocholte frater meus modo tenet in villa de Uptone, et homagium et totum servitium quod Willelmus filius Willelmi præpositi de Berthona regis mihi facere consuevit de tenemento quod de me tenuit in eadem villa, et quicquid mihi vel hæredibus meis de dictis tenementis accidere [poterit]; tenendum et habendum prædicto abbati et conventui et eorum successoribus prædictum redditum cum pertinentiis suis, homagium, et servitium, libere et quiete, bene et in pace, jure hæreditario in perpetuum. Et ego prædicta Sibilla et hæredes mei prædictis abbati et conventui et eorum successoribus prædictum redditum cum pertinentiis suis homagium et servitium dicti Willelmi contra omnes homines et fœminas warantizabimus et defendemus in perpetuum.

Et ut hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio, rata et inconcussa permaneat, præsentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, etc.

DCCLXIV. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ricardus de Comptone, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, domino Reginaldo, Dei gratia abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, quædam tenementa quæ tenui in campo de Truddeworþe, videlicet tres selliones jacentes retro Sandebrugge inter terram Ricardi le Dauncere et terram Walteri pelliparii, et duos selliones jacentes apud Suthgrave inter terram domini Reginaldi et terram meam, et novem selliones jacentes apud Truddeworþe inter terram domini abbatis Gloucestriæ et terram Roberti Wodye, et tres selliones jacentes subtus Ryndecumbe inter terram prioris de Lanthonia et terram Matildis Wymundes, et præterea unam acram jacentem juxta Suthbroke aquilonali extendentem in longum inter dictam brocam et terram Johannis episcopi; habenda et tenenda omnia tenementa prædicta cum suis pertinentiis abbati prædicto et dicto conventui et eorum successoribus de me et hæredibus meis, libere, quiete, et integre. A.D. 1263–1284. Of the same. f. 187 *b*.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis unum[1] denarium argenti die Sancti Michaelis in abbatia Gloucestriæ, pro omnibus sæcularibus servitiis et demandis ad nos inde pertinentibus. Et ego Ricardus et hæredes mei omnia tenementa prædicta cum suis pertinentiis memoratis abbati et conventui et eorum successoribus contra omnes mortales warantizabimus in perpetuum, et de redditibus ad dominos feodorum inde pertinentibus aquietabimus.

In quorum omnium robur et testimonium cartæ præsenti sigilli mei apposui impressionem.

DCCLXV. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ricardus de Comptone concessi, dedi, relaxavi, et quietum clamavi, Reginaldo, Dei gratia abbati Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, unam croftam quæ jacet in longum de Suthbroke juxta croftam dicti abbatis quæ vocatur Lillescroft, cum toto fossato illam circumquaque cingente; et præterea illam croftam cum toto fossato illam cingente[2] quæ jacet juxta terram quondam Wil- A.D. 1263–1284. Of the same.

[1] *unum*] originally written *xx*, but subsequently altered.

[2] *et præterea . . . . . cingente*] inserted in the margin in a different and later hand.

lelmi Jurdan; et præterea totam illam quam habui infra clausum apud Tiscideswelle; et præterea omnes illas garas meas quarum extremitates se extendunt usque ad supradictam croftam jacentem in longum de Suthbroc; et duos selliones jacentes in Truddeworþe juxta terram prænominati abbatis; quæ prædicta tenementa tenui de Editha quondam filia Willelmi de Churchesdone de feodo prædictorum abbatis et conventus; habenda et tenenda omnia prædicta tenementa cum suis pertinentiis eisdem abbati et conventui et eorum successoribus, soluta et quieta ab omnimodis servitiis et sæcularibus demandis ad me et hæredes meos inde pertinentibus in perpetuum, exceptis orationibus spiritualibus. Et ego Ricardus et hæredes mei tenementa prædicta cum suis pertinentiis supradictis abbati et conventui et eorum successoribus contra omnes mortales warantizabimus.

Et ut omnia prædicta debitæ firmitudinis robur obtineat, cartam præsentem sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, etc.

DCCLXVI. *De eodem.*

A.D. 1263–1284. Of the same. f. 188.

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Reginaldus, permissione divina abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, nos concessisse et tradidisse Waltero le Savere burgensi de Gloucestria, molendinum nostrum quod vocatur Budelesmulne[1] cum pertinentiis suis quod est infra manerium nostrum de Berthona; tenendum de nobis et successoribus nostris ad vitam suam tantum, sub hac forma seu conditione, videlicet quod idem Walterus fideliter et sine dolo noster sit creditor de quolibet genere piscium dum vixerit, et emat ad opus nostrum secundum formam cyrographi inter nos et ipsum super hiis plenius confecti, et quod plenarie teneat et compleat omnes conditiones et formas in dicto cyrographo contentas. Et si contingat aliquo casu fortuito seu infirmitate, quod absit, ipsum non posse conditiones et conventiones in prædicto cyrographo contentas plenarie, prout conventum est, implere, licebit nobis extunc cum omnibus pertinentiis suis rehabere, reintrare, et in manus nostras resumere absque omni contradictione et juris clamio sui seu alicujus ex parte sua.

---

[1] In the margin here is inserted, in a later hand, *Budlesmuln.*

Reddendo inde annuatim, dum dictum molendinum tenuerit, nobis et successoribus nostris unum denarium in festo Sancti Michaelis, pro omni servitio et demanda ad nos inde pertinente, et libera molitura quotiens ad dictum molendinum molere voluerimus, pro dimidii thelonei præstatione, et salvo nobis herieto competenti post ejus decessum. Idem vero juramentum, etc. Cum autem præfatus Walterus dies suos consummaverit, seu conditiones et conventiones in quodam cyrographo inter nos et ipsum confecto, in parte vel in toto non observaverit, præfatum molendinum, cum universis pertinentiis suis, et cum omni melioratione superposita, ad nos seu successores nostros plenarie et integraliter revertetur absque omni impedimento et juris clamio sui vel hæredum suorum seu quorumcunque assignatorum suorum.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCLXVII. *De eodem.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, R[eginaldus], Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod cum Johanna la Schirreva molendinum nostrum quod vocatur Schirrevesmulne[1] cum terra ad ipsum pertinente in manerio nostro de Bernewode ad vitam suam tantum de nobis teneat quamdiu vixerit pacifice tenere possit pro viginti et uno solidis argenti annui redditus, viginti duobus denariis de auxilio, et quatuor solidis annuis pro decima dicti molendini ad quatuor anni terminos usuales f. 188 *b.* nobis solvendis, necnon secta curiæ, consuetudinibus, et aliis servitiis debitis de dictis molendino et terra faciendis; nos conventionem inter nos et dictam Johannam per cartam nostram sibi factam ullo modo volumus, sicut nec tenemur, irritare seu enervare. Sed quia Thomas filius Stephani et Agnes de Duntesburne uxor ejusdem nobis præ manibus decem marcas sterlingorum dederunt, ut prædictum molendinum cum terra et aliis pertinentiis, post decessum seu resignationem præfatæ Johannæ ad terminum vitæ prædictorum Thomæ et Agnetis concederemus, nos tenore præsentis scripti præfatum molendinum cum terra et aliis pertinentiis post dictæ Johannæ

[1] In the margin here is inserted, in a much later hand, *Schirreves Mulne in Barnewood.*

decessum seu quietam clamantiam præfatis Thomæ et Agneti,[1] habendum et tenendum de nobis et successoribus nostris ad vitam dicti Thomæ, et ad vitam dictæ Agnetis primæ uxoris suæ tantum, dummodo post ipsius obitum continens et casta permanserit pro eisdem redditibus, consuetudinibus, et servitiis quæ nobis solvere et facere consuevit et debuit præfata Johanna dum dictum de nobis molendinum [tenuit]. Idem vero Thomas et Agnes juramentum, etc., et quod præfatum molendinum cum terra neque vendent, etc., et quod præfatum molendinum cum pertinentiis in adeo, etc. Quæ quidem tempore hujus traditionis appretiata decem marcas per veram valebat æstimationem. Salvis etiam nobis herietis de dicta Johanna post ejus decessum seu quietam clamationem.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCLXVIII. *De Berthona.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus Willelmo Smart unam dimidiam virgatam terræ cum mesuagio et pertinentiis suis in Sondebrugge,[2] quam quidem terram cum pertinentiis Willelmus Cantok aliquando de nobis tenuit ad nostram voluntatem; habendam et tenendam prædictam terram cum mesuagio et pertinentiis omnibus aliis de nobis et successoribus nostris, quiete, bene, et in pace, ad vitam suam, et ad vitam Aliciæ uxoris suæ tantum.

Reddendo inde nobis et successoribus nostris annuatim, ipse Willelmus et supradicta uxor ejus, si eum supervixerit, et continens fuerit, duodecim solidos argenti ad quatuor [terminos anni] et tres denarios, videlicet ad festum Sancti Michaelis quatuor solidos et novem denarios, et ad festum Beati Andreæ duos solidos sex denarios, et ad festum Annunciationis Dominicæ duos solidos sex denarios, et ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ duos solidos sex denarios, pro omni servitio et demanda ad nos inde pertinente. Salva nobis secta curiæ ad Berthonam nostram cum aliis hominibus nostris quotiens eam
f. 189. teneri contigerit, et faciendo servitia forinseca quæ ab ipso tenemento exigi poterunt seu extorqueri. Idem vero Willelmus juramentum, etc. Eandem, etc. Post decessum vero prædic-

[1] Evidently an omission here.

[2] In the margin here is inserted, in a later hand, *Sonbrugge.*

torum Willelmi et Aliciæ, etc. Pro hac[1] autem concessione et traditione nostra sæpedictus Willelmus quinque marcas sterlingorum nobis præ manibus numeravit.

In præmissorum omnium robur et testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos, etc.

DCCLXIX. *Berthona, scilicet in Uptone.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Omnibus Christi fidelibus, Reginaldus, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam.

Sciatis quod cum Willelmus de Ocholte[2] et antecessores sui de nobis et prædecessoribus nostris totum tenementum suum cum pertinentiis suis in hameleto de Uptone quod est situm infra manerium nostrum de Berthona tenuissent, pro quo nobis facere debuerunt et consueverunt dimidiam esquieriam nomine serjantiæ, videlicet cum aliquis monachus ecclesiæ nostræ pro negotiis ecclesiæ ejusdem expediendis alicubi esset equitaturus, præfatus Willelmus et antecessores sui nobis invenire debebant et solebant unum esquierium cum uno runcino congruo eundem monachum infra regnum Angliæ secuturum, et eidem ab egressu abbatiæ nostræ serviturum donec rediret, et deferre lectum dicti monachi super proprium equum ipsius esquierii, videlicet unam culcitram, duos langellos, et unum coopertorium, item librum dicti monachi, crassetum, candelas, duos panes, et dimidium sextarium vini vel cervisiæ. Et ad hoc faciendum prompti et parati fuissent et esse debuissent per dimidium annum quotiens rationabiliter summoniti fuissent ad custum domus nostræ. Et cum dictus esquierius infra abbatiam nostram ratione dicti servitii perendinasset, percipere debebat et solebat quolibet die duos panes esquierii cum cervisia pertinente, et unum ferculum de coquina. Si vero runcinum suum in servitio prædicto mori contigisset, tantum decem solidos pro dicto runcino a nobis percipere debuisset. Nos certa conventione inter nos et dictum Willelmum inita totum præfatum servitium in subscriptum servitium commutantes in perpetuum pro nobis et successoribus nostris eidem Willelmo et hæredibus suis concessimus et volumus, quod ipsi de cætero per seipsos nisi rationabili causa et evidenti fuerint impediti, et tunc per

---

[1] *hac*] added in the margin.

[2] In the margin here is inserted, in a later hand, *Ocholte in hameleto de Upton, quod est infra manerium de Barton.*

certum attornatum suum pro dicto tenemento cum pertinentiis suis aquietando nobis et successoribus nostris faciant hoc servitium nomine serjantiæ, videlicet cooperiendi singulis annis die Apostolorum Petri et Pauli post prandium, ante f. 189 b. manuum ablutionem, mensam coram domino abbate vel loco ipsius præsidente apud Gloucestriam albis manutergiis, quæ quidem a panetario domini abbatis qui pro tempore fuerit recipiet, et completa manuum ablutione eidem ipsa restituet. Prædictus vero Willelmus et hæredes sui liberam curiam nostram de Gloucestria per dimidium annum sequentur quotiens eam teneri contigerit, videlicet a festo Annunciationis Dominicæ usque ad festum Sancti Michaelis. Per aliam anni medietatem curiam prædictam non sequentur nisi propter afforciamentum curiæ prædictæ cum breve domini regis in ea fuerit placitaturum, et hoc sub rationabili summonitione. Præterea curiam ipsam de Berthona sequentur præfatus Willelmus et hæredes sui sicut ipse et antecessores sui fecerunt et consueverunt.

Reddent insuper nobis et successoribus nostris annuatim idem Willelmus et hæredes sui sex solidos argenti ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad festum Annunciationis Dominicæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis, ita scilicet quod nihilominus obmutationem servitiorum prædictorum nobis et successoribus nostris integre remaneant herieta, relevia, wardæ, maritagia, et cætera omnimoda quæcunque ad dominos feodorum hujus tenementi quibuscunque modis et formis de tenementis seu ea tenentibus ad nos seu ad successores nostros pertinere vel accidere poterint vel debuerint in perpetuum. Et si dictum tenementum quocunque casu ad personas fœminarum devolvi contigerit, exclusis fœminis, per attornatos masculos sufficientes et irreprehensibiles servitium suppleant memoratum. Singulis autem annis de quo dictus Willelmus et hæredes sui nobis et successoribus nostris memoratum fecerint servitium, volumus quod ipsi eo die nobiscum sint in mensa et habeant sicut unus de nostris esquieriis.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCLXX. *Berthona.*

Of the same. Omnibus Christi fidelibus, etc.

Sciatis quod cum Johannes Fuchet de la Berthone et antecessores sui de nobis et prædecessoribus nostris totum tenementum suum in Berthona cum pertinentiis suis tenuissent, pro quo nobis facere debuerunt et consueverunt dimidiam esquieriam nomine serjantiæ, videlicet cum aliquis monachus,

etc., et deferre, etc. Et cum dictus esquierius, etc. Si vero runcinum, etc. Nos certa conventione, etc., faciant hoc servitium, videlicet præbendi aquam manibus domini abbatis singulis annis die Apostolorum Petri et Pauli post prandium in magna aula nostra Gloucestriæ, etc. Prædictus vero Johannes et hæredes sui curiam nostram de Gloucestria per dimidium annum sequentur quotiens eam teneri contigerit, etc. Præterea curiam nostram de Berthona sequentur, etc. f. 190.
Ita scilicet quod nihilominus, etc.

Reddent insuper nobis et successoribus nostris [1] Johannes et hæredes sui annuatim unam dimidiam marcam argenti ad duos anni terminos usuales. Et si dictum tenementum, etc. Singulis autem annis, etc.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCLXXI. *De eodem.*

Omnibus Christi fidelibus, etc. Of the same.

Sciatis quod cum Robertus de Kynemaresburia filius et hæres Philippi de Kynemaresburia et antecessores sui [de] nobis et successoribus [2] nostris totum tenementum suum in Kynemaresburia cum pertinentiis suis tenuissent, pro quo nobis facere debuerunt et consueverunt unam esquieriam per totum annum nomine serjantiæ, videlicet cum aliquis monachus, etc., et deferre, etc. Et cum dictus, etc. Si vero runcinum, etc. Nos certa conventione, etc.,[3] faciant hoc servitium nomine serjantiæ, videlicet deferendi cultellum cum quo paranda sunt cibaria domini abbatis, qui pro tempore fuerit, vel loco ipsius præsidentis, singulis annis die Apostolorum Petri et Pauli ad mensam coram præsidente deponendi in magna aula nostra Gloucestriæ. Quem quidem cultellum, etc. Prædictus vero Robertus et hæredes sui curiam nostram de Gloucestria similiter et curiam de Berthona sequentur, videlicet circa la hokeday et festum Sancti Michaelis. Et quotiens necesse fuerit propter afforciamentum curiæ cum breve, etc.

Reddent insuper nobis et successoribus nostris præfatus Robertus et hæredes sui annuatim in perpetuum undecim solidos sterlingorum ad duos anni terminos, videlicet, etc. Ita scilicet quod nihil, etc. Et si dictum tenementum, etc. Singulis autem annis, etc.

In cujus, etc.

---

[1] *nostris*] nostri, MS.

[2] *successoribus*] prædecessoribus in the two preceding charters.

[3] *etc.*] inserted in the margin.

DCCLXXII. *Brocworþe.*

A.D. 1263–1284. Of Brocworthe.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod cum Johannes filius Willelmi de Pynnecote quandam terram cum mesuagio et aliis pertinentiis suis in villa de Brocworþe de dono seu dimissione ejusdem Willelmi patris sui sibi et hæredibus suis de feodo nostro tenuerat, de qua quidem terra duo solidi, sex denarii, et obolus annui redditus nobis ex dimissione domini Laurentii de Chaundos militis debebantur, sicut continetur in carta ipsius Laurentii super dicto redditu et aliis nobis confecta. Nos dicti Johannis compatientes paupertati et pro pecunia præ manibus nobis numerata, concedimus quod prædicta terra cum omnibus pertinentiis suis prædictis sibi remaneat et hæredibus suis libere, quiete, et pacifice, de nobis et successoribus nostris tenenda in perpetuum, faciendo inde nobis et successoribus nostris dicti Johannes et hæredes sui duos solidos
f. 190 *b.* annui redditus ad quatuor anni terminos, etc., una cum denario annuatim nobis in festo Sancti Michaelis solvendo pro duobus curtillagiis et aliis quæ tenet de feodo nostro ex traditione domini Laurentii de Chaundos, militis.

In cujus rei, etc.

DCCLXXIII. *Burenham, scilicet de attincta.*

Of Burenham.

Abbas Sancti Petri Gloucestriæ, qui tulit juratam viginti quatuor ad committendum duodecim juratos assisæ ultimæ præsentationis quæ inter ipsum abbatem et Johannem Treygoz summonita fuit et capta coram justiciariis de Banco, venit et retraxit se. Ideo prædictus Johannes et etiam prædicti duodecim jurati inde sine die. Et prædictus abbas committatur gayolæ et plegii sui de prosequendo in misericordia, scilicet Ricardus de Mayesmore et Robertus de Cheynny. Postea prædictus abbas pro centum solidis per plegios prædicti Johannis.

DCCLXXIV. *De eodem.*

Of the same.

Postea convenit inter prædictum abbatem et prædictum Johannem, quod idem Johannes recognovit advocationem ecclesiæ de Burenham esse jus ipsius abbatis et ecclesiæ suæ

Sancti Petri Gloucestriæ; habendam et tenendam eidem abbati et successoribus suis in perpetuum. Et pro hac recognitione, etc., prædictus abbas remisit et quietum clamavit de se et successoribus suis prædicto Johanni et hæredibus suis totum jus et clamium quod habuit vel aliquo modo habere potuit in advocatione ecclesiæ de Lydeþard in comitatu Wiltesiræ in perpetuum, et habent cirographum, etc.

DCCLXXV. *De eodem concordia.*

A.D. 1280. Of the same.

Hæc est finalis concordia, facta in curia domini regis apud Somertone, in crastino Sancti Johannis Baptistæ, anno regni regis Eadwardi filii regis Henrici octavo, coram Salomone de Roffensi, Ricardo de Boylonde, Roberto Fulconis, et Willelmo Braybof, justiciariis itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Reginaldum, abbatem Sancti Petri Gloucestriæ, querentem, et Johannem Treygoz deforciantem, de advocatione ecclesiæ de Burenham. Unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod prædictus Johannes recognovit prædictam advocationem prædictæ ecclesiæ cum pertinentiis esse jus ipsius abbatis, et ecclesiæ suæ Sancti Petri Gloucestriæ, et illam eis reddidit in eadem curia, et remisit, et quietum clamavit, de se et hæredibus suis, prædicto abbati et successoribus suis et ecclesiæ suæ prædictæ in perpetuum. Et pro hac recognitione, redditione, remissione, quieta clamantia, fine, et concordia, idem abbas remisit et quietum clamavit, de se et successoribus suis, et ecclesia sua prædicta, prædicto Johanni et hæredibus suis, totum jus et clamium quod habuit in advocatione ecclesiæ de Lydeþard in comitatu Wiltesiræ in perpetuum.

DCCLXXVI. *De eodem.*

A.D. 1280. Of the same. f. 191.

Anno[1] Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo octogesimo, quarto kalendas Julii, in itinere justiciariorum apud Somertone, videlicet dominorum Salomonis de Roffensi, Roberti Fulconis, Ricardi de Boylunde,[2] et Willelmi Brayboef,[3] et anno regni regis domini Eadwardi regis octavo.

Cum inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti

[1] Another copy of this instrument is contained in Gloucester Cathedral Register A, from whence the following collation is derived.

[2] *Boylunde*] Heylande, Reg. A.

[3] *Willelmi Brayboef*] Willelmi de Braybrof, Reg. A.

Petri Gloucestriæ ex parte una, et dominum Johannem Treygoz[1] militem ex altera, super ecclesia Sancti Andreæ de Burenham[2] fuisset lis suborta, hæc est conventio facta inter partes prædictas ad sopiendam litem præfatam, videlicet quod dictus dominus Johannes recognovit tunc ibidem coram justiciariis memoratis advocationem prædictæ ecclesiæ de Burneham esse jus prædictorum abbatis [et conventus][3] Gloucestriæ et advocationem seu jus patronatus ipsius ecclesiæ de Burenham,[4] necnon et jus siquod habuit vel habere potuit in advocatione ecclesiæ de Sancta Keyna Herefordensis dyœcesis, et ipsam advocationem relaxavit, remisit, confirmavit, et quietam clamavit, pro se et hæredibus suis in perpetuum præmissis abbati et conventui ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ. Ita quod memorati abbas et conventus libere valeant ad easdem ecclesias, quotiens vacaverint, idoneas personas pro suo libito præsentare, vel ipsas ecclesias si poterint in proprios usus adquirant absque aliquo impedimento ipsius domini Johannis seu aliquorum hæredum suorum. Pro hac autem recognitione sua,[5] remissione, confirmatione, et quieta clamatione, dederunt et concesserunt supradicti abbas et conventus, ad instantiam et rogatum præfati domini Johannis, priori et monachis suis de Ewyas,[6] ecclesiam de Foy quam habent in proprios usus ad perpetuam firmam, ita quod iidem prior et monachi sustinebunt omnia onera ordinaria et extraordinaria ipsius ecclesiæ; solventes inde annuatim monasterio Sancti Petri Gloucestriæ centum solidos libere et integre, videlicet in festo Purificationis Beatæ [Mariæ][7] Virginis, et in festo Nativitatis Beati[8] Johannis Baptistæ, pro æqualibus portionibus, pro fructibus ipsius ecclesiæ quos dicti abbas et conventus percipere consueverunt. Ad hæc iidem abbas et conventus remiserunt, concesserunt, et quietum clamaverunt, pro se et successoribus suis, eidem domino Johanni et hæredibus suis, advocationem ecclesiæ de Lydiard[9] dyœcesis Sarum, et totum jus quod habuerunt vel habere potuerunt in eadem, ex donatione[10] antecessorum ipsius domini Johannis. Ita quod liceat eidem domino Johanni et hæredibus suis ad eandem præsentare quotiens vacaverit pro suo libito absque aliquo impedimento dictorum abbatis et conventus vel successorum suorum.

---

[1] *Treygoz*] Tresgoz, Reg. A.
[2] *Burenham*] Burneham, Reg. A.
[3] *et conventus*] Supplied from Reg. A.
[4] *Burenham*] Burneham esse jus, Reg. A.
[5] *sua*] omit. Reg. A.
[6] *Ewyas*] Ewias, Reg. A.
[7] *Mariæ*] Supplied from Reg. A.
[8] *Beati*] Sancti, Reg. A.
[9] *Lydiard*] Lidezarde, Reg. A.
[10] *donatione*] ordinatione, Reg. A.

[In cujus rei testimonium et ad perpetuam rei memoriam huic instrumento in modum cirographi confecto partes alternatim apposuerunt sua sigilla. Hiis testibus præsentibus dominis Rogero la Warre, Elia Cotele, et aliis.][1]

DCCLXXVII. *Bromfelde.*

Henricus,[2] Dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normannorum et Aquitaniæ, comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. A.D. 1235, July 16. Of Bromfelde. f. 191 *b.*

Inspeximus cartam Henrici regis avi nostri in hæc verba:—

Henricus,[3] rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, et omnibus fidelibus suis, totius Angliæ, salutem.

Sciatis me, pro salute animæ meæ et antecessorum et hæredum meorum, dedisse, et carta mea confirmasse, ecclesiam meam Sanctæ Mariæ de Brumfeld, cum omnibus pertinentiis suis, priori et monachis ibidem Deo servientibus; tenendam de me et de hæredibus meis in perpetuam elemosinam, integre, plenarie, honorifice, sicut meam dominicam capellam,

---

[1] *In cujus . . . . . et aliis*] Supplied from Reg. A.

[2] The text of this charter is taken from a copy in Gloucester Cathedral Register A, with a collation from the inrolment on the Charter Roll, 19 Henry III., m. 5. The version contained in the cartulary is singularly incomplete and confused, and is the most curious instance of a scribe misunderstanding the exemplar from which he is copying that I have ever met with. The original instrument is an ordinary inspeximus, but our copyist stops short towards the end of the first of the inspected charters, and then commencing afresh with this title, *Littera regis ad episcopum Cicestrensem de eodem*, he attempts to convert the remainder into what, at first sight, would seem to be a royal letter. For *Testibus* he substitutes *Rex*, and then treats the witnesses as if the king were addressing them. Finally he breaks off abruptly after two more charters are inspected, thus not only curtailing the genuine inspeximus charter by one half, but converting it into two distinct documents, which are absolute nonsense. I have therefore preferred giving the perfect charter with its collation from the Charter Roll, except as after mentioned.

[3] At the British Museum (Cott. Charters, XVII. 4) is preserved the original of this charter, which I have adopted as the text, disregarding both Reg. A. and the Charter Roll, particularly as there is an important omission in both.

et omnes præbendas quas Fredericus clericus de Bureford, et Robertus Colemon de Pautesburi, et Edricus presbiter de Brumfeld, et Robertus presbiter de Feltuna, et alii canonici tenuerunt in Bromfeldehernesse tempore Henrici regis avi mei, vel meo tempore, scilicet omnes terras et villas de Haverford, et de Dodinghopa, et de Efford, et de Feltuna, et de Burhheia, et de Ledewich, et tres præbendas in Brumfeld, et tres in Halhtuna, salva tamen tenura prædictorum canonicorum quamdiu vixerint. Qui omnes has prænominatas terras et villas tenuerunt in elemosinam de prædicta capella mea. Post mortem autem illorum libere et quiete ab omnibus sæcularibus servitiis et exactionibus et absque contradictione ullius ad proprios usus et dominium prædictæ capellæ meæ et fratrum illius loci revertantur, cum omnibus libertatibus, et quietantiis, et liberis consuetudinibus, et regiis dignitatibus. Et volo et firmiter præcipio ut custodiatis et manuteneatis et protegatis omnes res et possessiones suas sicut meas dominicas et proprias res ita bene et in pace, ut nemini per ullum breve respondeant de ulla terra quam teneant, vel aliquis per eos, nec ullo modo ponantur in placitum de tenemento unde habeant confirmationem cartæ meæ vel cartæ Henrici regis avi mei. Et prohibeo ne ullus habeat communionem in nemoribus suis, nec in gravis, nec in moris, nec in herbagiis, nec in pratis, nec in aquis, nec in pasturis suis, nec usquam in tota terra sua, nec ullus in his prædictis aliquid capiat nec inde se intromittat, nisi licentia eorum.

Testibus Hilario Cicestrensi episcopo, Reinaldo comite Cornubiæ, Willelmo comite Gloecestriæ, Ricardo de Humez constabulario apud Londoniam.

Inspeximus etiam cartam ejusdem Henrici [regis][1] avi nostri in hæc verba:—

Henricus, Dei gratia rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, justiciariis, vicecomitibus, ministris, et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglicis, salutem.

Præcipio quod prior et monachi de Bromfelde et proprii homines eorum sint quieti et liberi ubicunque transfretaverint vel fuerint per totam terram meam, in vico et in villa, in terra et in aqua, in mari et in portu, et victus et corrodium et res ubicunque emerint vel vendiderint ad opus suum proprium ab omni consuetudine, et theloneo, et pasnagio, et summagio, et carragio, et conductu, et passagio, et pontagio, et omnibus operationibus meis. Et volo ut habeant et teneant omnia tenementa ecclesiæ suæ in bosco et in plano, in gravis

[1] *regis*] Supplied from Roll.

et in[1] moris, in herbagiis et pasturis, et in omnibus rebus, ita bene et in pace, libere et quiete, ut nullus se[2] intromittat inde, nisi[3] licentia sua. Et prohibeo ne quis eos disturbet, nec aliquam violentiam, aut molestiam, vel injuriam eis inferat, vel gravamen, super decem librarum forisfacturam.

Teste Willelmo comite de Mandeville[4] apud Wyntoniam.[5]

Inspeximus etiam cartam ejusdem Henrici regis avi nostri, in qua continentur hæc verba, concedo etiam ut prædicti monachi et homines sui sint quieti de shyris, et hundredis, et danegeldis, cum soka et saka,[6] thol, et them,[7] et infangenethef,[8] et de omnibus aliis exactionibus.

Testibus Thoma Cantuariensi archiepiscopo, Henrico Wyntoniensi episcopo, Roberto Lincolniensi episcopo, Hillario Cycestrensi episcopo, Reginaldo comite Cornubiæ, Willelmo comite Gloucestriæ, R[oberto] comite Leicestriæ, Ricardo de Homez[9] constabulario apud Wyntoniam.

Inspeximus etiam cartam ejusdem regis Henrici[10] avi nostri in hæc verba:—

Henricus, rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ, comes Andegaviæ, justiciariis, vicecomitibus, forestariis, et omnibus ministris et fidelibus suis de Salopia et de Herefordia, salutem.

Præcipio quod prior et monachi ecclesiæ meæ Sanctæ Mariæ de Bromfeld et omnes successores sui habeant pacem et liberam dominationem in bosco suo de Moctro,[11] et in bosco suo de Ailricheswude, scilicet de Witebroc[12] usque ad fontem de Merebroc,[13] et in bosco suo de Cawerwode,[14] et de Dudinghope,[15] et in bosco[16] de Esruge,[17] scilicet de Ailsiesweie[18] usque in Ludeforde per viam quæ vocatur Rugwey. Et volo ut teneant bene et in pace haiam suam in prædicto bosco suo de Moctro,[19] cum terra et pastura del Benet,[20] ita libere et quiete, in bestiis, et herbagiis, et pasturis, et in omnibus aliis rebus quæ ad

---

[1] *in*] omit. Roll.
[2] *se*] omit. Roll.
[3] *nisi*] sine, Roll.
[4] *Mandeville*] Maundeville, Roll.
[5] *Wyntoniam*] Wintoniam, Roll.
[6] *soka et saka*] socha et sacha, Roll.
[7] *thol, et them*] tol, et tem, Roll.
[8] *infangenethef*] infangenethuf, Roll.
[9] *Homez*] Humet, Roll.
[10] *regis Henrici*] Henrici regis, Roll.
[11] *Moctro*] Mouhtre, Roll.
[12] *Witebroc*] Whitebroc, Roll.
[13] *Merebroc*] Werebroc, Roll.
[14] *Cawerwode*] Kaverwude, Roll.
[15] *Dudinghope*] Dudingehope, Roll.
[16] *bosco*] bosco suo, Roll.
[17] *Esruge*] Esrugge, Roll.
[18] *Ailsiesweie*] Eilsichewey, Roll.
[19] *Moctro*] Moctre, Roll.
[20] *Benet*] Beneth, Roll.

liberam haiam pertinent, ut nullus transitus hominum, nec[1] pecorum, nec animalium, sit per haiam istam. Et prohibeo ne ullus regius forestarius nec ullus alius eos, vel homines suos, super hiis[2] prædictis vexare præsumat, nec violentiam aut gravamen aliquod eis faciat, nec [ullus][3] in eis fuget, aut[4] aliquid capiat, nec de aliquo inde se intromittat, nisi licentia eorum, super decem librarum forisfacturam.

Testibus Galfrido Eliensi episcopo, Reginaldo comite Cornubiæ, Willelmo comite Gloucestriæ, Willelmo comite de Mandeville[5] apud Oxoniam.

Inspeximus etiam cartam ejusdem Henrici regis avi nostri in hæc verba:—

Henricus, rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ, comes Andegaviæ, justiciariis, vicecomitibus, et ministris suis de Salopia, salutem.

Præcipio quod prior et monachi de Bromfelde[6] habeant pacem et liberam donationem in silvis suis de Moctro,[7] et de Esruge,[8] et de Ailricheswode,[9] ut nullus sine licentia sua in eis capiat aliquid, et volo ut habeant warennas suas, bene et in pace, per totam terram ecclesiæ suæ, in bosco et in plano, et prohibeo ne quis in eis fuget vel leporem capiat, nisi licentia eorum, super decem librarum forisfacturam.

Teste Manassero Biset[10] dapifero apud Wyntoniam.

Nos igitur, prædictas donationes et concessiones ratas et gratas habentes, pro nobis et hæredibus nostris concedimus eas et confirmamus, sicut prædictæ cartæ ipsius Henrici regis avi nostri, quas prædicti prior et monachi inde habent, et in quibus prædictæ concessiones plenius continentur, rationabiliter testantur.

Hiis testibus venerabilibus patribus R[icardo] Dunelmensi episcopo, J[ocelino] Bathoniensi, et W[altero] Karliolensi episcopis, G[ilberto] Mareschall[11] comite Penbrokiæ, H[uberto] de Burgo comite Kanciæ, Radulpho filio Nicholai, Johanne filio Philippi, Galfrido dispensatore, Galfrido de Canz, et aliis.

Data per manum venerabilis patris R[adulphi] Cycestrensis episcopi cancellarii nostri apud Westmonasterium, decimo sexto die Julii, anno regni nostri decimo nono.

---

[1] *nec*] vel, Roll.
[2] *hiis*] omit. Roll.
[3] *ullus*] Supplied from Roll.
[4] *aut*] vel, Roll.
[5] *Mandeville*] Maundeville, Roll.
[6] *Bromfelde*] Brumefelde, Roll.
[7] *Moctro*] Moctre, Roll.
[8] *Esruge*] Esrugge, Roll.
[9] *Ailricheswode*] Ailricheswude, Roll.
[10] In Reg. A the letter P is inserted after *Biset*.
[11] *Mareschall*] Marescallo, Roll.

DCCLXXVIII. *Brocworþe super confirmatione Laurentii de Chaundos.*

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Laurentius de Chaundos miles filius Radulphi de Chaundos de Brocworþe, salutem. A.D. 1263–1284. Of Brocworthe.

Noverit universitas vestra, me concessisse, et præsenti carta mea confirmasse, pro me et hæredibus meis, in perpetuum, domino Reginaldo, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus, omnes terras et tenementa quæ dedi domino Johanni, abbati Gloucestriæ, prædecessori dicti domini Reginaldi, et prædicto conventui in Brocworþe, cum homagiis, wardis, eschaetis, maritagiis, releviis, et herietis, ad prædicta pertinentibus, prout continetur in cartis quas penes se habent de donatione et confirmatione mea. Et insuper volo et concedo, quod omnia quæ fuerint corrigenda in prædictis cartis quandocunque et coram quibuscunque voluerint, ad eorum voluntatem et consilium absque ulla contradictione mei vel hæredum meorum corrigantur et confirmentur.

In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, etc.

DCCLXXIX. *Celesworþe.*

Stephanus,[1] rex Angliæ, R[ogero], episcopo Sarum, et vicecomiti Wiltesiræ, et omnibus baronibus Wiltesiræ, salutem. A.D. 1135–1139.

Sciatis me concessisse monachis de Gloucestria, in manerio meo de Celesworþa, silvulam et duo essarta cum pratellis adjacentibus illis in elemosinam et feodum, liberam et quietam, pro anima mea, sicut rex Willelmus avunculus meus concessit, et sicut rex Henricus testatur per cartam suam. Hiis testibus. Of Celesworthe. f. 192 *b*.

DCCLXXX. *Clehungra.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Laurentius de Alkrugge dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Waltero filio Ricardi de Slymbrugge, tres acras terræ arabilis cum Of Clehungra.

[1] A repetition of No. CLIV. (*ante*, vol. i. p. 240).

pertinentiis in villa de Clehungra, pro homagio et servitio suo, quarum una acra jacet juxta terram Galfridi de Allewelle ex una parte et terram Lætitiæ de Durseleye ex altera et vocatur Cleyaker, duæ etiam acræ jacent inter pratum de Cherlemedue et terram Elyæ de Wilde cum haytiis undique crescentibus; habendas et tenendas, de me et hæredibus meis vel assignatis meis, sibi et hæredibus suis vel suis assignatis, libere et quiete, bene et in pace.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis vel assignatis meis, ipse et hæredes sui vel sui assignati, tres obolos ad festum Sancti Michaelis pro omnibus servitiis, sectis curiæ, querelis, et demandis, salvo regali servitio quantum pertinet ad tantam terram in eadem villa. Pro hac autem donatione et concessione dedit mihi dictus Walterus quinquaginta solidos sterlingorum præ manibus ad meum magnum negotium. Et ego dictus Laurentius et hæredes mei vel assignati mei dicto Waltero et hæredibus suis vel suis assignatis dictas tres acras terræ cum pertinentiis contra omnes homines et fœminas in perpetuum warantizabimus et defendemus.

Et ut hæc mea donatio, etc.

DCCLXXXI.

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Willelmo Touche de Slymbrugge, tres acras terræ arabilis in villa de Cleyhangre quas Walterus filius Ricardi de Slymbrigge nobis dedit et carta sua confirmavit, et quarum quidem una acra jacet juxta terram Galfridi de Allewelle ex parte una et terram Lætitiæ de Durseleya ex altera et vocatur Cleyaker, et duæ acræ jacent inter pratum de Cherlemede et terram Elyæ le Wilde cum haytiis undique
f. 193. crescentibus; habendas et tenendas de nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus suis, cum omnibus pertinentiis suis in perpetuum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duos solidos ad duos anni terminos, medietatem scilicet ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, pro omnibus servitiis et sæcularibus demandis ad nos inde pertinentibus. Dictus vero Willelmus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra

per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, nec alicui in feodum et hæreditatem tradet, neque ad alium locum religionis transferet sine assensu et voluntate nostra. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ signatam, prædicto Willelmo tradidimus, alteram vero partem, sigillo ipsius roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DCCLXXXII. *Cleyhungra.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus Johanni de Anne, unam acram prati in villa de Cleyhungra, quæ quidem acra jacet infra clausum prædicti Johannis inter terram Johannis Genne ex parte una, et terram Ricardi de Hamma ex altera; habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis, libere, quiete, bene, et in pace, in perpetuum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, ipse et hæredes sui, quinque solidos argenti ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ pro omni servitio, exactione, et demanda, ad nos inde pertinente. Et si contingat dictum Johannem, seu hæredes suos, in solutione dicti redditus ad terminum statutum deficere tam certa conventione inter nos facta quam præsentis scripti[2] tenore, idem Johannes concessit pro se et hæredibus suis quod nos prædictum pratum in manus nostras capiamus, retineamus,[3] et fructus ipsius in usus nostros convertamus, quousque de arreragiis plenarie nobis fuerit satisfactum. Idem vero Johannes juramentum nobis præstitit, etc.

---

[1] A repetition of No. CLXXXV. (*ante*, vol. i. p. 256).

[2] *scripti*] There is a slight erasure in the MS. after this word.

[3] *retineamus*] repeated in MS.

DCCLXXXIII. *De Clifforde.*

A.D. 1148 –1179. Of Clifford. f. 193 *b.*

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Hamelinus, Dei gratia abbas et conventus Gloucestriæ, concessimus Waltero filio Hugonis, amore et petitione venerabilis fratris et amici nostri Gaufridi decani Herefordiæ, unam hydam terræ in Clifforde, quam Semannus tenuit; tenendam de nobis in feodo et hæreditate, pro viginti solidis per annum quos persolvet[2] camerario Gloucestriæ, quisquis sit vel futurus sit, et pro omnibus servitiis quæ Semannus de eadem terra facere consuevit, videlicet quotiens summonitus fuerit, ibit ad placita nostra quæ habuerimus tractanda in hundredo de Teoukesburia.[3] Cum vero dominus abbas auxilium suum cum aliis posuerit franchelanis suis,[4] Walterus secundum tenuram suam ei præstabit auxilium. De omni vero alia exactione tenuram suam liberam et quietam in futurum tenebit.

Quod quia ratum volumus haberi in posterum, hanc pactionem cyrographi testimonio confirmamus, cujus unam[5] partem, sigillo ecclesiæ nostræ communitam, illi tradidimus, et alteram partem, absque sigillo, penes nos retinemus.[6] Hiis testibus.

DCCLXXXIV. *De cariagio et summagio.*

A.D. 1100 –1135. Of carriage and summage.

Henricus,[7] rex Angliæ, Waltero vicecomiti Gloucestriæ, et ministris suis, salutem.

Præcipio quod tota terra monachorum Gloucestriæ sit quieta de cariagio[8] meo, et summagio, et conductu.

Teste Ada de Port apud Sanctum Awanum.[9]

---

[1] Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register B, from whence the collation is derived.

[2] *persolvet*] omit. Reg. B.

[3] *Teoukesburia*] Theokesburia, Reg. B.

[4] *posuerit . . . . . suis*] franchelanis suis posuerit, Reg. B.

[5] *unam*] alteram, Reg. B.

[6] *retinemus*] The copy in Reg. B ends here.

[7] Another copy of this charter is contained in Gloucester Cathedral Register A, from whence the collation is derived.

[8] *cariagio*] carruagio, Reg. A.

[9] *Awanum*] Albanum, Reg. A.

DCCLXXXV. *Churchehamme, scilicet quieta clamantia.*

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Baderun filius Wil- Of Churche-
lelmi clamo quietam in æternum calumniam quam habui hamme.
adversus abbatem et conventum Gloucestriæ de terra quæ est
inter Mortunam et Tybertunam, scilicet boscum et planum.
Hiis testibus, etc.

DCCLXXXVI. *De eodem super aquietantia procurationis ecclesiæ.*

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentes litteras Of the
inspecturis, decanus Herefordiæ et ejusdem loci capitulum, same.
salutem in Domino.

Noveritis nos inspexisse litteras venerabilis patris domini Johannis, Dei gratia Herefordensis episcopi, non cancellatas,[2] non abolitas, nec in aliqua sui parte vitiatas, subscriptum tenorem verbo ad verbum continentes.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, etc., ut prius.[3]

Has[4] igitur collationes, concessiones, et confirmationes, ratas et firmas habentes, easdem unanimi capituli nostri consensu confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communivimus.

Data, etc.

DCCLXXXVII. *De eodem, littera episcopi.*

J[ohannes],[5] permissione divina Herefordensis ecclesiæ minis- A.D. 1271.
ter humilis, dilectis nobis in Christo filiis, abbati et conventui Of the
Gloverniæ, ecclesiæ de Chirchehamme nostræ dyœcesis same.
rectoribus, salutem, gratiam, et benedictionem.

Quia ad procurationem nostram, ratione visitationis in eccle- f. 194.
sia prædicta per nos factæ nobis debitam vos non teneri con-
tenditis, nec quod nobis aut ecclesiæ nostræ non debetur
possessionis aut proprietatis jure a quoquam contra justitiam

---

[1] A repetition of No. CLXXII. (*ante*, vol. i. p. 248).

[2] *cancellatas*] concellatas, MS.

[3] This is doubtless the charter No. CLXXXII. (*ante*, vol. i. p. 254.)

[4] *Has*] Haas, MS.

[5] John le Breton.

exigere aliqualiter intendimus, vobis tenore præsentium concedimus, ut prætextu hospitii nostri ad quod in eadem ecclesia hac die Lunæ proxima ante Annunciationem Dominicam nos recepistis præjudicium vobis quo ad procurationem nostram non paretur, nec ad eandem jure possessionis aut proprietatis de jure communi teneamini.

Data apud Flaxleye, decimo kalendas Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

DCCLXXXVIII. *Confirmatio bona G[ilberti] comitis Gloucestriæ, super omnibus tenementis, tam ecclesiasticis quam sæcularibus.*

Confirmation of Gilbert de Clare.

Universis[1] Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, Gilbertus de Clara,[2] comes Gloucestriæ et Hertfordiæ, salutem.

Sciatis me, pro salute animæ meæ, et comitissæ Ysabellæ uxoris meæ, et omnium antecessorum meorum, concessisse, et hac præsenti carta mea confirmasse, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, omnia tenementa tam ecclesiastica quam sæcularia quæ habent de feodo meo in honore Gloucestriæ, tam in Anglia quam in Wallia, in puram et perpetuam elemosinam; tenenda et habenda ita libere et quiete, sicut ea liberius unquam tenuerunt, in pratis, in pascuis, in viis, in semitis, in plano et bosco, et in omnibus aliis libertatibus;[3] videlicet ecclesiam Sancti Michaelis de Colwinestone, cum terris et decimis quæ ad illam pertinent, sicut in cartis Mauricii et Willelmi de Londonia continetur; item totam terram[4] quam Willelmus de Corendone dedit prioratui de Eweny; item totam terram quam Symon de Turbreville, Gilbertus et Paganus de Turbreville dederunt prædicto prioratui, sicut in cartis eorum continetur; et totam terram quam Galfridus de Gausy dedit eidem prioratui; item undecim acras prati quas Herbertus filius Hugonis dedit eidem prioratui; et quatuor acras terræ juxta rivulum Alvum quas dedit Paganus grossus, et montem de feodo suo qui est inter montem de Ewenny et domum suam, cum omnibus aliis pertinentiis, sicut in cartis eorum continetur; item ecclesiam de Novo Burgo cum omnibus pertinentiis, libertatibus, redditibus, et piscariis, sicut in cartis antecessorum

---

[1] A repetition of No. CCCCLV. (*ante*, p. 19).

[2] *Clara*] interlined in MS.

[3] Here in the margin is inserted, in a later hand, *Ewenny*.

[4] *terram*] interlined in MS.

meorum continetur; item manerium de Treygof, quod est in comitatu de Glammorgan, quod ab antiquo tenuerunt, et sicut antiquitus in tempore antecessorum meorum melius et liberius tenuerunt, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis; item f. 194 *b.*
manerium de Clifforde quod est in hundredo de Teokesburia cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, salvâ mihi et hæredibus meis secta hundredi mei de Teokesburia bis in anno, scilicet ad festum Sancti Michaelis, et ad hokeday, sine calumnia et causatione per liberos homines et quatuor consuetudinarios ejusdem villæ cum hundredselver, scilicet decem solidorum ad festum Omnium Sanctorum reddendorum. Item concessi dictis monachis Gloucestriæ, ut tam ipsi quam monachi Sancti Guthlaci Herefordiæ sint liberi et quieti in perpetuum de theloneo, et de omnibus quæ ad suos proprios usus emerint vel vendiderint apud Bristolliam et Kayrdif et Novum Burgum, sicut in carta Willelmi comitis Gloucestriæ continetur. Item quietos clamavi abbatem et monachos Gloecestriæ, et homines suos, et terram suam, et totum boscum suum de Wivelrugge[1] qui est infra metas forestæ meæ de Malvernia quem dominus rex Henricus eis dedit, et carta sua confirmavit, cum omni libertate quam idem rex Henricus habuit in eodem bosco quando illum in suo dominico tenuit, de vastis, et assartis, et de regardo forestariorum, et de omnibus aliis rebus et consuetudinibus quæ ad me vel ad hæredes meos et servientes pertineant, salva venatione mea. Et concedo quod ipsi monachi et ballivi sui de ipso bosco faciant omnino voluntatem suam absque visu et regardo forestariorum et servientium meorum. Concessi etiam dictis abbati et monachis warennam suam libere et plenarie per totam terram suam quam habent infra metas forestæ meæ prædictæ de Malvernia, salva venatione mea. Et prohibeo ne quis ballivorum vel forestariorum vel servientium meorum aliquam molestiam vel gravamen eis faciat, vel terræ vel hominibus eorum, contra præscriptas libertates, neque manum mittat in terras vel boscum eorum contra ipsas libertates.

In hujus concessionis, etc.

---

[1] Here in the margin is written, in a later hand, *Wylveruge*, and lower down, *Nota bene.*

DCCLXXXIX. *De Deuweschirche, scilicet de vicaria.*

A.D. 1219–1234. Of Deuweschirche.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo Folioth, Dei gratia Herefordensis ecclesiæ minister humilis, æternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra quod nos, Deum habentes præ oculis, habito prudentum virorum consilio et provida consideratione, taxavimus vicariam ecclesiæ de Deuweschurche, de consensu Ricardi prioris de Kylpeke et Adæ vicarii ejusdem ecclesiæ, et eandem taxationem auctoritate nostra confirmavimus, videlicet quod vicarius ecclesiæ de Deuweschurche qui pro tempore fuerit percipiet nomine vicariæ totum altelagium sine aliqua diminutione, et principale legatum mortuorum, et omnes decimas garbarum et fœni de dominio Radulfi de Sauc' in villa de Wirmetone, et de omnibus hominibus ejusdem villæ, et decimas fœni de terra Nicholai le Seculer, et de terra Cradoc Seisil, et de terra Roberti de la Montayne,[1] et de terra Cradoci filii Abrahæ, et de terra Symonis le Bonde, et de terra Abrahæ clerici, et de terra Johannis Bergam, et unam summam frumenti et unam avenæ de grangia dicti prioris apud Deuweschurche, ad festum Sancti Michaelis percipiendas singulis annis, pro relaxatione tertiæ partis decimationis garbarum de villenagio Rogeri Tyrel de Wormetone. Idem vero vicarius habebit in perpetuum equum suum pascendum in pastura cum bobus dicti prioris, et habebit domum suam quietam. Et idem aquietabit senagium dictæ ecclesiæ et procurationem archidiaconi. Et inveniet dyaconum unum idoneum residentem ad serviendum in dicta ecclesia.

f. 195.

Et ut hæc nostra taxatio rata et inconcussa permaneat, eam præsenti scripto, et sigilli nostri munimine, confirmavimus. Hiis testibus.

DCCXC. *De donis.*

Of queen gold.

De[2] donis quæ conferuntur regi spontanea voluntate et de gratia donatoris, et aliquis faciat finem pro dono proprio, tunc regina aurum non habebit. Si vero aliquis faciat finem pro hujusmodi donis factis de gratia, tam pro aliis quam pro seipso, ibi fiat prout fieri debet.

---

[1] *Montayne*] Part of this word is written upon an erasure.

[2] A repetition of No. CCVIII. (*ante*, vol. i. p. 266).

DCCXCI. *Estlecche.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Robertus filius Radulphi de Estlecche remisi, et quietum clamavi, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totum jus quod habui vel habere potui in quodam prato quod pater meus tenuit de eisdem in Vivedinghemede, et in cujus possessione ego extiti post mortem ejus, ita quod nec ego nec aliquis hæredum vel assignatorum meorum in dicto prato aliquid juris in posterum vendicare possimus in perpetuum. Et ego Robertus et hæredes mei præfatis abbati et conventui totum prædictum pratum contra omnes gentes warantizabimus, etc. Of Estlecche.

DCCXCII. *De eodem.*

Omnibus Christi fidelibus, Robertus capellanus filius Ricardi molendinarii de Estlecche, salutem in Domino. Of the same.

Sciatis quod cum antecessores mei et ego quandam terram, cum molendino, redditibus,[1] servitiis, pasturis, et cæteris pertinentiis suis, ex permissione abbatum et conventus Gloucestriæ, dudum tenuerimus in Estlecche; ego, pro animarum prædictorum antecessorum meorum et mea salute, recognovi prædictam terram cum præfato molendino et aliis pertinentiis suis esse jus domini Johannis abbatis Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, tanquam eorum dominicum de Estlecche, et eisdem reddidi et quietum clamavi, et me excludo præcise ab omni jure et juris clamio quod in eisdem habui seu quocunque modo habere potui in perpetuum, sine aliquo retenemento, salvis beneficiis spiritualibus. f. 195 *b*.

In prædictæ concessionis, relaxationis, quietæ clamationis, et recognitionis, robur et testimonium, præsenti scripto sigilli mei apposui impressionem, etc.

DCCXCIII. *Estlecche.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Reginaldus, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ et ejusdem loci conventus, concessimus, tradidimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus Hugoni filio Ricardi Ernwy de Cotes, unam hydam A.D. 1283–1284. Of the same.

[1] *redditibus*] repeated in MS

terræ cum suis pertinentiis in villa de Estlecche, illam scilicet quam emimus de Willelmo Hayrun; tenendam et habendam de nobis et successoribus nostris, in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis, libere et quiete ab omni servitio ad nos et ad successores nostros pertinente pro xxxii. solidis argenti ad quatuor terminos anni nobis et successoribus nostris persolvendis, scilicet ad festum Sancti Michaelis, ad festum Sancti Andreæ, ad Annunciationem Beatæ Mariæ, ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ, ad quemlibet terminum, octo solidos. Idem vero Hugo juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo[1] redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque excambiet, neque in vadimonium ponet, neque alicui in feodum et hæreditatem tradet sine assensu nostro. Eandem securitatem facient nobis hæredes sui cum singuli sibi succedent. Idem vero Hugo et hæredes sui regale servitium cum liberis hominibus, si exactum fuerit, et curiam nostram de Estlecche sequentur, et rationabile relevium facient, et præterea singulis annis abbati et conventui Cyrencestriæ ad festum Sancti Michaelis, cum aliis liberis hominibus nostris de Montana, persolvent duodecim denarios de fine eisdem facto de hundredis.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, etc.

DCCXCIV. *Eggesworþe.*[2]

A.D. 1263–1284. Of Eggesworthe. f. 196.

Sciant[3] præsentes et futuri, quod ego Stephanus de Eggesworþe dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, viris religiosis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, molendinum meum de Eggesworþe, cum duobus croftis, et quodam pratello adjacentibus, et cum stagno et piscaria, et cum omnibus aliis pertinentiis suis; habendum et tenendum de me et hæredibus meis dictum molendinum cum dictis pertinentiis suis in perpetuum, libere, quiete, bene, et in pace.

Reddendo inde annuatim, a festo Beati Nicholai anno regni

[1] *reddendo*] repeated in MS.

[2] *Nota Eggeworthe molendinum* is written at the top of this page in a later hand.

[3] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 77) this grant is said to have been made during the abbacy of Reginald, whose period I have adopted as the marginal date.

regis Henrici filii regis Johannis quinquagesimo usque ad terminum viginti trium annorum proximo sequentium plene completorum, unum obolum argenti ad Pascha pro omnibus servitiis, exactionibus, omnimodis sectis, et sæcularibus demandis. Et post terminum viginti trium annorum completorum, dicti abbas et conventus pro dicto molendino mihi et hæredibus meis duas marcas annuatim persolvent, videlicet medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Alioquin dictum molendinum cum pertinentiis ad me et hæredes meos post dictum terminum viginti trium annorum completum revertetur. Volo etiam et concedo, pro me et hæredibus meis, ut dicti abbas et conventus stagnum molendini, cum necesse fuerit, possint reparare et relevare, prout sibi melius viderint expedire, absque impedimento mei vel hæredum meorum. Et si contingat ipsos, aliquo casu emergente, de dicto molendino vel suis pertinentiis ab aliquo implacitari, ego et hæredes mei de custu quem apposuerint eisdem satisfaciemus. Pro hac autem donatione, concessione, et cartæ meæ confirmatione, dederunt mihi prædicti abbas et conventus novemdecim marcas sterlingorum præ manibus. Et ego Stephanus et hæredes mei memoratis abbati et conventui dictum molendinum cum pertinentiis, ut prædictum est, contra omnes mortales warantizabimus, aquietabimus, et defendemus in perpetuum.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ signatam, prædicto Stephano tradidimus, alteram vero partem, sigillo ipsius roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DCCXCV. *Estlecche, scilicet inter abbates Gloucestriæ et Cyrencestriæ.*

Notum sit omnibus ad quos pervenerit hæc scriptura, quod cum inter Henricum abbatem Cyrencestriæ ex parte una, et Reginaldum abbatem Sancti Petri Gloucestriæ ex altera, pro diversis querelis, sectis hundredorum, et aliis hinc inde exactionibus, orta esset materia quæstionis, communibus amicis intervenientibus, lites, conquestiones, et exactiones conquieverunt sub hac forma, videlicet quod prædictus abbas Cyrencestriæ sectam ad hundredum seu hundreda sua exactam ab abbate Gloucestriæ pro tenemento cum pertinentiis quod fuit Roberti Bussel in manerio de Estlecche, quam sectam idem Robertus et antecessores sui facere dicebantur seu tenebantur

A.D. 1275. Of Estlecche. f. 196 *b*.

sub forma subscriptà facere permisit seu concessit in futurum, scilicet quod præfatus abbas Gloucestriæ et successores sui, quamdiu terram præfatam prædicti Roberti in manu sua retinuerint, ballivum suum de Estlecche qui pro tempore fuerit per litteras suas patentes attornatum constituant, qui sectam pro prædicto tenemento faciat locis et diebus debitis et consuetis, sine calumnia, occasione, vel contradictione abbatis Cyrencestriæ, vel suorum quorumcunque ballivorum, ita quod ballivus abbatis Gloucestriæ, hujusmodi amoto seu decedente, aliis ballivis loci ejusdem ei succedens modo prædicto constituatur, et sine contradictione alicujus admittatur. Si vero contigerit quod abbas Gloucestriæ et conventus tenementum quod prædictus Robertus Bussel tenuit alicui tradiderint, tenendum de eisdem in feodo, ille qui tenementum tenuerit sectam pro eodem tenemento sit facturus, et ballivus abbatis Gloucestriæ antedictus de secta hujusmodi quam facere consueverat pro tenemento supradicti Roberti extunc sit omnino quietus. Abbas Beati Petri Gloucestriæ, pro se et successoribus suis, totum jus et clamium quod habuit vel habere potuit exigendi seu habendi communam pasturæ in locis ubi molendinum ipsius abbatis Cyrencestriæ apud Duntesburne Notebem, stagnum, et vivarium construuntur in una crofta clausa quæ est in parte occidentali curiæ ipsius abbatis in eadem villa de Duntesburne sine aliqua contradictione remisit in perpetuum, ita videlicet quod liceat prædicto abbati Cyrencestriæ croftam prædictam quocunque genere clausturæ claudere, sine ipsius abbatis et conventus Gloucestriæ contradictione, salvo jure tenentium duas acras infra croftam de feodo eorum. Concessit etiam idem abbas Gloecestriæ, pro se et successoribus suis, quod prædictus abbas Cyrencestriæ duas acras quas homines sui tenent infra croftam prædictam de feodo ipsius abbatis Gloucestriæ a tenentibus eas possit excambiare, et cum tota pastura prædicta de[1] et successoribus suis separata
f. 197. licite retinere in perpetuum, ita tamen quod abbas Gloucestriæ idem jus habeat in ipsis duabus acris excambiatis sicut habuit in duabus acris infra croftam contentis. Insuper concessit sæpedictus abbas Gloucestriæ prænominato abbati Cyrencestriæ quod in oratorio suo apud Duntesburne infra limites parochiæ cujus existit patronus constructo licite divina possit celebrare, salvo jure cujuscunque cum ibidem venerit cum sua familia celebrata audire, dum tamen prædicta ecclesia debitis obsequiis et consuetis non fraudetur.

[1] Some omission here.

Et ut firma pax, mutua caritas et concordia, inter partes efficiatur, augeatur, et servetur in perpetuum, omnes actiones, conquestiones, et lites, inter partes prius subortæ, omnino in posterum mutuo relaxantur, sopiantur, et conquiescant.

Ut autem omnia ista firma et inconcussa remaneant, huic scripto, in modum cyrographi confecto, penes utramque partem remanenti, sigilla prædictorum abbatum et conventuum alternatim sunt appensa

Data et acta in vigilia Paschæ, anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

DCCXCVI. *Estintona.*

Universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, R[eginaldus], permissione divina abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam. A.D. 1263–1284. Of Estintona.

Noverit universitas vestra, quod cum Johannes de la Hasele nobis teneretur sectam facere de tribus ebdomadibus in tres ebdomadas per totum annum ad liberam curiam nostram de Gloucestria, pro quodam tenemento quod tenuit de nobis ex dimissione Roberti de la Sale in hameleto de Estintone, infra manerium nostrum de Northlecche, nos, eidem Johanni et hæredibus suis gratiam facere volentes specialem, prædictæ curiæ sectam eisdem pro duobus solidis et sex denariis annui redditus nobis et successoribus nostris annuatim ad quatuor terminos anni usuales pro æqualibus portionibus solvendis remisimus, tenore præsentium et quietam clamavimus in perpetuum, ita tamen quod tam ipse quam hæredes sui curiam nostram de Northlecche sequantur, et nos et nostros versus abbatem Cyrencestriæ de sectis hundredorum acquietent, prout antecessores sui dictum tenementum de nobis tenentes fecerunt, facere consueverunt, et debuerunt.

In cujus rei testimonium præsenti scripto, in modum cyrographi inter nos confecto, sigilla nostra alternatim sunt appensa.

DCCXCVII. *De ecclesia de Ewenny, et aliis ecclesiis, terris, pratis, etc.*

Nicholao,[1] Dei gratia Landavensi episcopo, et omnibus Sanctæ Ecclesiæ filiis, et fratribus suis Ricardo, et Johanni, A.D. 1149–1183.

[1] Nicholas ap Gurgant or Gwrgant (Leneve, vol. ii. p. 242).

Of Ewenny and others. f. 197 *b*.

et hæredibus suis, Willelmus de Londonia, veram salutem in gratia Dei Omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Notum sit omnibus Deum diligentibus, me concessisse, et sigilli mei impressione confirmasse, donationem quam Mauricius de Londonia pater meus dedit ecclesiæ Sancti Petri de Gloucestria, scilicet ecclesiam Sancti Michaelis de Eweny, et ecclesiam Sanctæ Brigidæ, cum terris, et decimis, et omnibus beneficiis quæ ad illas pertinent, et totam possessionem terræ quæ est secus amnem qui vocatur Ewni prope ecclesiam Sancti Michaelis, cum prato, et molendino, et silvula quæ est ad australem partem torrentis Alun, et totam terram quæ est ex parte silvulæ a terra Roberti de Landene usque ad pascua equorum domini, et ex parte orientis totam terram de domo Edrici vicecomitis usque ad ripam Evni, et centum acras quas habeo in feodo de ecclesia Theokesburyæ pro viginti solidis per singulos annos, et ad aquitandum me de illis viginti solidis per singulos annos accresco et do illas sexaginta sex acras de feodo de Colwinestone, similiter et ecclesiam Sancti Michaelis de Colwinestone, cum terris et decimis quæ ad illam pertinent; item concedo illis terram de Suleham si conquirere illam possim aut escambium secundum quod valet, similiter et ecclesiam de Hanaduna cum omnibus beneficiis suis post obitum Edmundi clerici, et ecclesiam de Segarestone cum omnibus quæ ad eam pertinent post decessum Odonis clerici, similiter et terram quam Ricardus de Cantilupo possederat in eadem villa illam concedo. Item dedi eis in Carnewothan ecclesiam Sancti Eclini, et ecclesiam Sancti Johannis Baptistæ, et ecclesiam Sancti Davidis cum terris et beneficiis ad eas pertinentibus, et piscaturam de Penkoyt cum loco hospitali qui est super eundem fluvium; similiter et servitium Roberti Gibarti; et viginti acras terræ in Cassudio pro escambio terræ ejusdem Roberti; similiter et ecclesiam Sancti Ysmaelis, et omnia ad ea pertinentia, post decessum Eudonis presbyteri, similiter et omnes ecclesias meæ terræ quam modo habeo et quam adhuc adquirere potero. Ego idem do illam totam terram quam habuit Matilda mater patris mei de monte; similiter et ecclesiam de Pembray cum omnibus beneficiis suis.

Ego Willelmus hanc donationem signo crucis confirmo.

Ego Adelays mater ejus subscribo.

Ego Robertus de Cantilupo subscribo, etc.

DCCXCVIII.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Thomas, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Rogero filio Rogeri Waleysis, totam terram de Breyguin, exceptis octo acris terræ sub gardino de Sancto Davide et toto prato adjacente et medietate de grava; tenendam de prioratu nostro de Kylpek in feodo et hæreditate, libere et quiete ab omni servitio, pro duodecim solidis annuatim reddendis duobus terminis, medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et medietatem ad festum Sancti Michaelis. Idem vero Rogerus quietum clamavit nobis de se et hæredibus suis in perpetuum totum jus quod asserebat se habere in prædictis octo acris et prato et in medietate gravæ et in gardino. Juramentum etiam nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de Kylpeke de solvendo redditu nostro plenarie, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra de Kylpec per tenuram suam damnum incurrat. Hiis testibus. Of Breyguin. f. 198.

DCCXCIX. *De Felda.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Gilebertus de Myners concessi et confirmavi Deo, et Sancto Petro, et monachis Glocestriæ, viginti acras terræ retro domum Eulphi de la Felde, quas Margareta mater Rogerii parvi, assensu ejusdem Rogerii dedit ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ in perpetuam elemosinam. Hiis testibus. Of Felda.

DCCC. *Froucestria.*

Universis[2] Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis vel audituris, W[illelmus], divina miseratione Wygorniensis episcopus, æternam in Domino salutem. Of Frocester.

Noverit universitas vestra nos, divinæ pietatis intuitu, contulisse Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et abbati et conventui ibidem Deo servientibus, tantum ad hospitalitatis ampliationem et sustentationem, ecclesiam de Froucestria, et

---

[1] The title to this charter has been erased in the MS.

[2] In the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 78) this grant is said to have been made in the year 1225.

ipsam integre cum omnibus pertinentiis suis in proprios usus eorundem convertisse; habendam eis et possidendam in perpetuum, salva perpetua vicaria a nobis in eadem sub forma subscripta ordinata. Consistit autem vicaria in decimis garbarum quinque virgatarum terræ in Frowcestria, videlicet virgata quam Robertus de Porta et Alicia vidua tenuerunt; item virgata quam Gilbertus Pilloc tenuit; item virgata quam Willelmus de Fortheya tenuit; item virgata quam Adam Rivegore et Robertus Rok tenuerunt; item virgata quam Hugo le Bule et Ricardus Longus et Robertus Scot tenuerunt; item in decimis et stipendiis servientium curiæ de Froucestria; item in decimis de Aucrintone spectantibus ad ecclesiam de Froucestria; item in omnibus decimis fœni de villenagio; item in
f. 198 *b.* toto altelagio dictæ ecclesiæ simul cum sibi legatis; et in manso competenti vicariæ dictæ ecclesiæ assignato cum crofta quinque acrarum ad minus ei adjacente quam Adam Here et Willelmus Blund tenuerunt. Habebit etiam vicarius dictæ ecclesiæ talem pasturam qualem persona præfatæ ecclesiæ habere consueverat. Sustinebit autem vicarius perpetuus qui pro tempore dictæ deserviet ecclesiæ omnia onera ordinaria debita et consueta.

Hanc autem collationem nostram et dictæ vicariæ ordinationem auctoritate pontificali, salvis nobis et successoribus nostris, tam jure pontificali quam parochiali, præsenti scripto, sigilli nostri appositione munito, duximus confirmandam. Prior autem et conventus Wygorniæ huic collationi nostræ et appropriationi dictis monachis factæ assensum præbentes præsentibus sigillum capituli sui apposuerunt. Hiis testibus.

DCCCI. *Fareleya.*

A.D. 1263–1284. Of Fareleya.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod nos Willelmus le Chamberleinge et Benedicta uxor mea dedimus, concessimus, et hac carta nostra confirmavimus viris religiosis domno Reginaldo, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, totam terram quam habuimus in cultura quæ vocatur Uphatherleya, quæ jacet inter terram dicti abbatis et terram Radulphi Attepulle in hameleto de Fareleye juxta Elemore de feodo ejusdem abbatis; et terram totam quam habuimus in campo de Kyngtone, quæ jacet inter terram Galfridi le Taverner et viam regiam quæ ducit de Elemore usque ad Fareleye de feodo ejusdem abbats; et totam terram quam habuimus in

[1] A repetition of No. CCLXIX. (*ante*, vol. i. p. 307).

campo qui vocatur Stanberewe inter terram dicti abbatis et terram Johannæ de Fareleye de feodo prædicto; habendam et tenendam totam prædictam terram cum omnibus suis ubique pertinentiis dictis abbati et conventui et eorum successoribus de nobis et hæredibus nostris libere, quiete, integre, in puram et perpetuam elemosinam, sine aliqua diminutione redditus vel servitii in quibus dictis abbati et conventui, pro dicta terra et pro residuo ejusdem, prius tenebamur, nihil inde nobis et hæredibus nostris faciendo præter orationes pro omnibus servitiis sæcularibus, sectis curiarum[1] et hundredorum quibuscunque debitis vel pertinentibus, a quibuscunque exactis vel in posterum exigendis. Nos vero prædicti Willelmus et Benedicta et hæredes nostri vel assignati totam prædictam terram cum suis pertinentiis prædictis dictis abbati et conventui et eorum successoribus per prædictum servitium orationum, contra omnes mortales warantizabimus, aquitabimus, et defendemus f. 199.
in perpetuum.

Et ut hæc mea donatio, concessio, et præsentis cartæ confirmatio firmæ et stabiles permaneant, etc.

DCCCII. *Farleya.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johanna filia Walteri Croylli de Fareleya dedi, concessi,[2] quietum clamavi, et hac præsente carta mea confirmavi, in ligia viduitate et plena potestate mea, religiosis viris domino Reginaldo, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, decem denarios annui redditus, quem quidem redditum Henricus de Fareleye filius meus pro quadam terram quam sibi dedi in eadem villa mihi annuatim reddere consuevit. Et confirmo illud donum quod idem Henricus fecit prædicto abbati et conventui de terra quam eidem dedi in præfata villa; habendam et tenendam de me et hæredibus meis in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum, ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec aliquis nomine nostro, in prædicto redditu aliquid juris vel clamii vendicare possimus in posterum, sed ab omni jure, actione, et clamio, penitus et præcise excludamur in perpetuum. Et ego præfata Johanna et hæredes mei prædictum redditum prænominatis religiosis contra omnes mortales warantizabimus, aquietabimus, et defendemus in perpetuum. A.D. 1263–1284. Of the same.

In quorum omnium robur et testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

---

[1] There is a slight erasure here.

[2] *et* is inserted in the MS. after *concessi*, but with the sign of erasure.

DCCCIII. *Gual', scilicet de fine facto pro terris.*

A.D. 1139–1148.

Willelmus, comes Gloucestriæ, omnibus ministris suis, et baronibus, et hominibus, salutem.

Of Gual'.

Sciatis quod dominus Gilebertus, Gloucestriæ abbas, et monachi mecum finierunt de terris suis de Gual' quas de Roberto patre meo et de antecessoribus meis tenuerunt. Quare vobis mando et præcipio, quatinus eis illas in bono, in pace, et honorabiliter habere, et tenere faciatis, sicut eas melius et honorabilius tenuerunt tempore patris mei. Præterea ego volo et concedo, ut Robertus filius Herdingi prædictas terras de abbate et monachis teneat sicut inter eos carta abbatis et monachorum confirmatum est, etc.

DCCCIV. *Gloucestria.*

Of Gloucester.

Noverint universi præsens scriptum visuris vel audituris, quod ego Johannes Hoche de Gloucestria remisi, et quietos clamavi viris religiosis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, quinquaginta solidos annui redditus, in quibus iidem religiosi Alexandro Morice annuatim tenebantur, et quos idem Alexander mihi dedit et carta sua confirmavit; ita quod nec

f. 199 *b*.

ego nec aliquis ex parte mea de cætero in dictis quinquaginta solidis annuis aliquid juris vel clamii vendicare possimus in perpetuum.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCV. *De eodem.*

Of the same.

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Johannes Hoche, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra me teneri Alexandro Moriz in quadraginta solidis sterlingorum ad vitam suam, prout continetur in carta quam habeo de eodem, eidem solvendis ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum Beati Michaelis proximum sequens decem solidos, ad Natale Domini decem solidos, ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ decem solidos, ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ decem solidos. Concedo quod si in prædictis terminis defecero, quod ballivi Gloucestriæ qui pro tempore fuerint per terras meas et redditus meos una cum illis quos a prædicto Alexandro recepi quousque eidem plenarie persolutum fuerit possint me distringere.

Subjicio etiam me jurisdictionibus et coertionibus officialium domini Wygorniensis et archidiaconi Gloucestriæ, qui pro tempore fuerint, quod ambo vel eorum alter qui interpellatus fuerit, per sententiam excommunicationis de die in diem ad prædictorum terminorum observantiam possint vel possit compellere. Concedo etiam fabricæ ecclesiæ Wygorniæ dimidiam marcam argenti, si in prædictis terminis defecero. Renuncio autem omni juris remedio mihi in contrarium competenti, vel competituro, et maxime regiæ prohibitioni. Renuncio etiam eidem omnes actiones, querelas, et demandas motas mihi competentes ab origine mundi contra prædictum Alexandrum usque ad hodiernum diem.

In cujus rei testimonium.

DCCCVI. *De eodem.*

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Alexander Moriz filius Mauricii Durant, salutem in Domino. Of the same.

Noverit universitas vestra me concessisse, et dedisse, et hac præsenti carta mea confirmasse Johanni Hoche filio Walteri Hoche, pro servitio suo, quinquaginta solidos annualis redditus quos magister Nicholaus, rector ecclesiæ de Dunhaþerleye, frater meus, mihi debuit et reddere consuevit pro terris et tenementis quæ habui in villa Gloucestriæ, simul totum jus et clamium quod in eis habui vel habere potui, simul totum jus et clamium quod habui in domum illam quam pater meus inhabitavit versus portam borialem, cum seldis in fronte versus vicum, et cum omnibus pertinentiis, pro me et hæredibus meis eidem Johanni quietum clamavi; tenendum et habendum sibi et hæredibus suis vel assignatis suis vel cuicunque dare, legare voluerit, integre, bene, et in pace, in perpetuum. f. 200.

Reddendo mihi annuatim ad vitam meam quadraginta solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos, videlicet ad festum Beati Michaelis decem solidos, ad Natale Domini decem solidos, ad festum Beatæ Mariæ in Martio decem solidos, ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ decem solidos, pro omni servitio.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCVII. *Gloucestria.*

A.D. 1257–1258. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus þereforde dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, domino Johanni,[1] abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, anno regni regis Henrici filii regis Johannis quadragesimo secundo, omnes redditus, et omnes terras, cum ædificiis superpositis, quæ habui in villa Gloucestriæ, videlicet quandam terram cum pertinentiis quam emi de Willelmo scriptore, quæ jacet inter terram quæ quondam fuit Roberti de Hamme et terram Henrici de Quenhulle; et aliam terram cum pertinentiis quam emi de Philippo de Hamme quæ jacet inter prædictam terram quondam Willelmi scriptoris et terram quondam Willelmi Fernagu; et totam terram cum pertinentiis quam emi de Roberto Belhoste quæ jacet inter prænominatam terram quondam Willelmi scriptoris et terram sacristæ domus eorum; et totam terram illam cum pertinentiis in venella archidiaconi quæ jacet inter terram Philippi coci et terram Philippi de Quenhulle; et totam terram illam cum pertinentiis quæ jacet inter terram Galfridi Scin et terram Walteri de Homtone; tenendas et habendas omnes prædictas terras, cum omnibus pertinentiis suis, adeo libere, bene, et in pace, sicut ego eas tenui vel tenere potui.

Reddendo pro dictis terris, redditus et londgabula quæ ego pro eisdem reddere debui, et consuevi. Hanc autem donationem feci pro salute animæ meæ, et eosdem abbatem et conventum in pleno hundredo Gloucestriæ de prædictis terris in plenam seysinam posui, et me ac hæredes meos exclusi in perpetuum.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCVIII. *De eodem.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego magister Willelmus scriptor filius Thewoldi de Nortona tradidi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Henrico þereford de Radenovere, totam terram meam quam tenui de Roberto Belhoste in vico Sanctæ Mariæ ante portam abbatiæ Gloucestriæ, scilicet illam terram quæ jacet inter terram quæ fuit Roberti Lovi et terram Walteri de Hocsenhale; tenendam et habendam

[1] John de Felda.

de me et hæredibus meis, sibi et hæredibus suis vel assignatis suis et eorum hæredibus, in feodo et hæreditate, libere, quiete, et integre, in perpetuum. f. 200 *b.*

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis vel assignatis meis, ipse et hæredes sui vel assignati sui, et eorum hæredes, duodecim solidos sterlingorum ad quatuor terminos anni pro omnibus servitiis, sectis, et sæcularibus demandis ad me vel ad hæredes meos pertinentibus, scilicet ad festum Sancti Michaelis tres solidos, ad Natale Domini tres solidos, ad Annunciationem Beatæ Mariæ tres solidos, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ tres solidos. Terra vero prædicta, mensurata per visum legalium virorum, continet in anteriori parte undecim virgas domini regis ulnarias cum pollice interposito et tria quarteria quatuor pollicibus minus; retro decem virgas cum pollice interposito et unum quarterium et duos pollices; in profunditate vero triginta et novem virgas domini regis ulnarias cum pollice interposito et tria quarteria. Quando vero prædictus Henricus terram prædictam de me recepit, ædificia superposita appretiata fuerunt, per visum legalium virorum, quinque marcas argenti. Si vero, aliquo casu emergente, prædictus Henricus[1] et hæredes sui mihi vel hæredibus meis terram illam reliquerint, simile nobis ædificium aut pretium restituent. Pro hac autem traditione et concessione mea prædictus Henricus dedit mihi de introitu duas marcas argenti. Ego vero Willelmus et hæredes mei prædicto Henrico et hæredibus suis vel assignatis suis totam terram prædictam cum omnibus pertinentiis suis contra omnes homines et fœminas in perpetuum warantizabimus. Et Robertus Belhoste, de quo terram prædictam tenui, ipsum Henricum et hæredes suos sive assignatos suos prædictam terram de londgabulo et de omnibus sectis versus abbatem et conventum Gloucestriæ aquietabunt, sicut me et hæredes meos aquietare solebant et debebant.

Et ut hæc traditio et concessio mea rata et stabilis in perpetuum permaneat, præsens scriptum, sigillo meo sigillatum, prædicto Henrico tradidi. Hiis testibus, etc.

DCCCIX. *Gloucestria.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessi- A.D. 1263–1284.

[1] *Henricus*] inserted in the margin.

Of the same.

mus et tradidimus, et hac præsente carta nostra confirmavimus, Philippo Ypothecario et hæredibus sive assignatis suis, exceptis aliis viris religiosis, terram nostram quæ jacet in parochia Sancti Nicholai in villa Gloucestriæ, inter terram quæ fuit Galfridi Genelot et terram quæ fuit Roberti Vinetarii, quam quidem terram emimus de priorissa et conventu de Acorneburia, et quam dictus Philippus aliquando de eisdem
f. 201. tenuit; habendam et tenendam dictam terram cum ædificiis superpositis et omnibus aliis pertinentiis suis a nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus sive assignatis suis, adeo libere, quiete, integre, et in pace, sicut eam tenuimus vel tenere potuimus.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, ipse et successores sui, unum denarium ad festum Sancti Michaelis, pro omni servitio et sæculari demanda ad nos inde pertinente, salvis quatuor denariis et obolo annui redditus domino comiti Gloucestriæ singulis annis de dicta terra solvendis, et archiepiscopo Eboracensi uno denario. Pro hac autem concessione et traditione nostra dedit nobis dictus Philippus octodecim marcas sterlingorum præ manibus. Idem vero Philippus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statuto termino, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram ad alium locum religionis non transferet sine assensu et voluntate nostra. Eandem securitatem nobis facient successores sui cum singuli sibi succedent.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ signatam, prædicto Philippo tradidimus, alteram vero partem, sigillo ipsius roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DCCCX. *Gloucestria.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradimus Roberto de Hardepyrie et hæredibus suis, terram nostram in villa Gloucestriæ, quæ aliquando fuit Matildis le Roy, et jacet inter terram Ricardi de Saunforde ex parte una et terram Helenæ le Roy ex altera; habendam et tenendam dictam terram cum pertinentiis suis sibi et hæredibus, libere, quiete, bene, et in pace.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris decem solidos ad quatuor terminos, videlicet ad festum Sancti Mi-

chaelis duos solidos et sex denarios, ad Natale Domini duos solidos sex denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ duos solidos sex denarios, et ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ duos solidos sex denarios, pro omni servitio et sæculari demanda ad nos inde pertinente. Dicta vero terra, per visum legalium virorum mensurata, continet in fronte quinque virgas domini regis ulnarias et unum quarterium et dimidium cum pollicibus; in longitudine viginti virgas et dimidiam cum pollicibus interpositis; retro vero quinque virgas et dimidiam cum pollicibus interpositis. Quando vero dictus Robertus dictam terram a nobis recepit, ædificium superpositum appretiatum fuit ad valorem sexaginta solidorum. Si vero, aliquo casu emergente, ipse vel hæredes sui dictam f. 201 *b.*
terram nobis reliquerint, simile ædificium vel pretium nobis restituent. Idem vero Robertus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque alicui in feodum et hæreditatem tradet, neque ad alium locum religionis transferet sine assensu et voluntate nostra. Idem etiam Robertus, certa inter nos conventione facta et juramento præstito, se obligavit ad omnia præmissa fideliter observanda; ita quod, si statutis terminis redditum suum plenarie non solverit, liceat nobis prædictam terram in manus nostras capere, et tam diu retinere quousque nobis plenarie satisfecerit. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent. Et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram cum aliis tenentibus nostris sequentur.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ signatam, prædicto Roberto tradidimus, alteram vero, sigillo ipsius roboratam, penes nos retinemus, etc.

DCCCXI. *Gloucestria.*

Hæc est conventio facta anno Domini millesimo ducentesimo A.D. 1277.
septuagesimo septimo, dominica post festum Sancti Oswaldi Of the
regis et martyris, inter Walterum le Sevare burgensem same.
Gloucestriæ ex parte una, et viros religiosos abbatem et conventum Sancti Petri de eadem ex altera, videlicet quod prædictus Walterus, sacramento corporaliter præstito, se prædictis religiosis obligavit, quod fidelis eorum creditor existet quam-

diu vixerit, et quantumcunque necesse ad expendendum in domo sua et in maneriis suis habuit de quolibet genere piscis ad manus dicti Walteri qualitercunque ex empto venientis in Gloecestria et extra ubicunque aliquem piscem poterit perquirere sufficienter inveniet singulis diebus vitæ suæ, sub eodem foro et pretio quo ipse vel sui illum piscem poterunt emere seu comparare, et nullum lucrum ex emptione a prædictis religiosis recepturus. Promisit insuper, bona fide, prædictus Walterus, quod providentiam faciet ad opus dictorum religiosorum de quolibet genere piscium tempore suo quo major fuerit de illo pisce abundantia, et melius forum ut de anguillis suo tempore de luciis, et aliis piscibus suis temporibus, et eosdem faciet bene custodiri quousque dicti religiosi ipsis
f. 202. indiguerint pro eodem pretio pro quo eos primo comparavit, liberandos eosdem cum voluerint. Et si aliquem piscem penes se tanto tempore retinuerit vel retineri fecerit quod nec possit nec debeat vendi eodem pretio quo emebatur, si ipso pisce indigeant dicti religiosi, tantum dabunt pro eodem quantum tunc valebit, vel quantum alii essent daturi et non amplius. Et si contingat quod dicti religiosi piscem salsum vel alium in villa Gloucestriæ voluerint emere alium forte quam habuerit idem Walterus, ad manus tunc idem Walterus cum emptoribus dictorum religiosorum adibit ipsos qui hujusmodi piscem habuerint ad vendendum meliori foro quo poterit dictum piscem ad opus dictorum religiosorum mercaturus, non tamen nisi[1] voluerit prædicto pisce pacaturus. Dicti autem religiosi totam pecuniam quam idem Walterus expenderit in emptione ad opus eorum facta, ut supradictum est, eidem solvent quatuor terminis anni sine ulteriori dilatione, videlicet in festo Sancti Michaelis singulis annis, sive in quindena, in festo Nativitatis Dominicæ, seu in quindena, in festo Paschæ, seu in quindena, in Nativitate Sancti Johannis Baptistæ, seu in quindena, prout per dicam inter ipsum Walterum et coquinarium dictorum religiosorum de pretio emptionis piscis factam singulis prædictis terminis poterit liquere. Si vero alterutra pars contra istam conventionem aliquo tempore qualicunque modo indebite venerit, et hoc per fidedignos probari poterit, illa pars quæ fidem in parte vel in toto non observaverit, parti alteri pro qualibet transgressione quadraginta solidos nomine pœnæ persolvet. Ut autem præfatus Walterus fidelis ipsorum religiosorum creditor existat, prout superius dictum est, omni fraude seu simulatione remota, prædicti religiosi molendinum suum quod vocatur Budelesmulne

[1] *nisi*] originally written *ubi*, but afterwards altered.

cum pertinentiis suis quod æstimatur per annum ad sex marcas, præfato Waltero concesserunt; tenendum de eisdem ad vitam suam secundum formam et tenorem cujusdam cartæ eidem inde confectæ. Præterea gratiose concesserunt iidem religiosi præfato Waltero unam robam annuatim ab eisdem recipiendam de pretio viginti solidorum quamdiu fidelis eorum creditor, ut supradictum est, extiterit.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCXII. *Gloucestria.*

A.D. 1263–1284. Of the same. f. 202 *b.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego R[eginaldus], Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus Roberto filio Walteri le Deveneys de Beckeforde, terram nostram extra Suthgate quæ jacet inter terram Walteri Cuttestucche et terram Margeriæ pistoris, et extendit se a magna ruta usque ad cimiterium Sancti Audoeni; habendam et tenendam dictam terram, de nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus suis.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, ipse et hæredes sui, quinque solidos ad quatuor terminos, videlicet ad festum Sancti Michaelis quindecim denarios, ad Natale Domini quindecim denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ quindecim denarios, et ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ quindecim denarios. Prædicta vero terra, per visum legalium virorum mensurata, continet in longitudine triginta tres virgas domini regis ulnarias cum pollice interposito, in fronte vero tresdecim virgas domini regis ulnarias et quatuor pollices cum pollice interposito, in medio vero tresdecim virgas domini regis ulnarias cum pollice interposito; retro vero undecim virgas domini regis ulnarias et unum quarterium et unum pollicem cum pollice interposito. Idem vero Robertus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, etc. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent. Et tam ipse Robertus quam hæredes sui nos et successores nostros versus priorem et conventum Lanthoniæ in redditibus, sectis, et aliis servitiis, pro dicta terra dicto prioratui debitis aquietabunt. Et si, aliquo casu emergente, dictus Robertus vel hæredes sui dictam terram nobis relinquere voluerint, ædificium cum omni melioratione superposita nobis absque aliqua contradictione restituent.

In cujus, etc.

DCCCXIII. *Gloucestria.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus, etc., concessimus et tradidimus Willelmo dicto de Cervisia, illam terram cum ædificio superposito quæ jacet ex opposito ecclesiæ Beatæ Mariæ ante portam abbatiæ nostræ, inter terram nostram ex parte una et terram quam Henricus de Ledeburia de nobis quondam tenuit ex altera; habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris sibi et hæredibus suis, libere, quiete, bene, in pace, in perpetuum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris tres solidos argenti ad duos anni terminos, videlicet medietatem in festo Annunciationis Dominicæ, et aliam medietatem in festo Sancti Michaelis, pro omni servitio et sæculari demanda ad nos inde pertinente, salva nobis secta curiæ nostræ de Gloucestria quam ipse et hæredes sui nobis facient quotiens eam tenuerimus. Terra vero prædicta mensurata continet in fronte quatuor virgas domini regis ulnarias cum
f. 203. pollicibus interpositis et dimidium quarterium uno pollice minus; retro continet quatuor virgas domini regis ulnarias cum pollicibus interpositis et[1] unum quarterium et unum pollicem; in profunditate continet duodecim virgas domini regis ulnarias cum pollicibus interpositis et quatuor pollices. Ædificium autem super dictam terram superpositum per viros legales ad valorem unius marcæ tempore hujus traditionis fuit appretiatum. Quod si contingat dictum Willelmum seu hæredes suos dictam terram nobis relinquere, simile pretium vel majus nobis restituent. Idem vero Willelmus juramentum nobis præstitit, etc. Eandem securitatem, etc.

In cujus rei testimonium. Cujus unam partem, etc.

DCCCXIV. *Gloucestria.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Agnes filia Petri burgensis Gloucestriæ, relicta Roberti Croc de Killecote, in plena potestate mea, et ligia viduitate mea, dedi, concessi, et hac præsente carta mea[2] quiete clamavi, pro me et hæredibus meis, viris religiosis domino Reginaldo, abbati et conventui Sancti

---

[1] *et*] interlined in MS.

[2] *confirmavi* is inserted in the MS. before *quiete*, but with the sign of erasure.

Petri Gloucestriæ, et eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, annuum redditum undecim solidorum et quinque denariorum; illum videlicet quem Petrus burgensis pater meus dedit Roberto Croc cum me in liberum maritagium in villa Gloucestriæ. Quem quidem redditum præfatus Robertus de assensu meo præfatis religiosis prius vendiderat; habendum et tenendum de me et hæredibus meis sibi et successoribus suis, libere, quiete, bene, et in pace, in perpetuum. Et ego præfata Agnes prædictum redditum et quicquid juris mihi et hæredibus meis ratione dicti redditus quocunque modo poterit accidere, prædictis religiosis,[1] pro me et hæredibus meis quiete clamo, et ab omni juris clamio me et hæredes meos in perpetuum [excludo]. Et ego prænominata Agnes et hæredes mei prædictum redditum prædictis religiosis contra omnes mortales warantizabimus in perpetuum.

In cujus rei testimonium præsentis cartæ seriem, etc.

DCCCXV. *Gloucestria.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Petrus Caperin burgensis Gloecestriæ, ex assensu et voluntate Christinæ uxoris meæ, dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, religiosis viris, domino Reginaldo, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, quandam terram meam quam habui in venella quæ dicitur Mihindelone, cum domibus, ædificiis, et cum omnibus aliis pertinentiis suis, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam; illam scilicet terram quæ jacet inter terras religiosorum prædictorum ex utraque parte. Dicta vero terra, per visum legalium virorum mensurata, continet in latitudine in fronte quatuordecim virgas domini regis ulnarias cum pollicibus interpositis et unum quarterium; retro vero continet eandem mensuram; in profunditate a dicta venella usque ad terram religiosorum prædictorum continet terra prædicta[2] tresdecim virgas domini regis ulnarias cum pollicibus interpositis et tria quarteria; habendam et tenendam totam prædictam terram cum omnibus suis pertinentiis, prædictis abbati et conventui et eorum successoribus, modo quo dictum est, nihil inde mihi vel uxori meæ prædictæ hæredibus meis vel assignatis retinendo nisi orationes. Pro hac autem concessione et traditione dederunt mihi dictus abbas et conventus quinque marcas argenti præ manibus ad

A.D. 1263–1284. Of the same.

f. 203 *b.*

[1] *contra omnes mortales* is inserted in the MS. before *pro*, but with the sign of erasure.

[2] *terra prædicta*] prædicta terra prædicta, MS.

urgens negotium meum. Et ego prædictus Petrus et hæredes mei prædictam terram cum pertinentiis suis præfatis religiosis et eorum successoribus contra omnes mortales warantizabimus in perpetuum. Et si contingat quod dictam terram non poterimus eisdem warantizare, tantam pecuniam dictis religiosis refundemus quantam ab eisdem recepi præ manibus ut supradictum est.

Et ut hæc mea donatio, etc.

DCCCXVI. *Gloucestria.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Waltero de Andovere, illam terram nostram, cum ædificiis superpositis, quam Juliana Lovy nobis dedit, quæ quidem terra jacet ex opposito ecclesiæ Beatæ Mariæ ante portam abbatiæ nostræ inter terram quæ quondam fuit Henrici Wareforde ex parte una et terram nostram ex altera; habendam et tenendam, de nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus suis, libere, quiete, bene, et in pace, in perpetuum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris quatuordecim solidos argenti ad quatuor anni terminos, videlicet ad festum Annunciationis Dominicæ tres solidos et sex denarios ad festum Beati Johannis Baptistæ tres solidos sex denarios, et ad festum Sancti Michaelis tres solidos et sex denarios, et ad festum Beati Andreæ Apostoli tres solidos sex denarios, pro omni servitio ad nos inde pertinente; salva nobis secta ad curiam nostram de Gloucestria quotiens eam teneri fecerimus. Terra vero prædicta, per visum legalium virorum mensurata, continet in longitudine versus placeam decem virgas domini regis ulnarias cum pollicibus interpositis et tres pollices; in latitudine vero continet quatuordecim virgas domini regis ulnarias cum pollicibus interpositis et unum pollicem; in medio vero continet in latitudine quindecim virgas domini regis ulnarias cum pollicibus interpositis et quatuor pollices et dimidium pollicem; in profunditate continet quadraginta
f. 204. quatuor virgas domini regis ulnarias cum pollicibus interpositis et unum quarterium et septem pollices. Ædificia autem super præfatam terram in confectione præsentis scripti inventa per fidedignos homines appretiata duodecim marcas sterlingorum per veram valebant æstimationem. Prædictus autem Walterus, tam certa conventione inter nos facta quam tenore præsentis scripti, se et hæredes suos obligavit quod omnia ipsa ædificia superposita in adeo bono statu seu meliori sus-

tentabunt, sicuti idem Walterus ea a nobis recepit. Et si contingat quod aliquis hæredum suorum non possit seu nolit dicta ædificia in statu prænotato sustentare, vel si redditum alicujus termini supra notati ultra unius anni spatium ipse vel aliquis hæredum suorum nobis detinuerit, et constare possit per tres viros fideles quod dicta ædificia tempore dicti Walteri seu alicujus hæredum suorum minus quam decem valeant marcas, vel quod non solverit de quovis termino infra annum redditum nobis prædictum, vult idem Walterus et concedit pro se et hæredibus suis quod nos dictam terram licite ingrediamur, et ipsam in posterum in manus nostras retineamus, et quod ipse et hæredes sui extunc ab omnimodo jure et juris clamio penitus excludantur in perpetuum. Insuper idem Walterus juramentum, etc. Eandem securitatem facient, etc.

DCCCXVII. *De eodem.*

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum per- Of the same.
venerit, Walterus de Andevere, salutem in Domino æternam.

Noveritis quod cum viri religiosi domini mei abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ mihi et hæredibus meis concesserint et tradiderint illam terram in villam Glocestriæ quam Juliana Lovy antedictis dedit religiosis, quæ quidem jacet ex opposito ecclesiæ Beatæ Mariæ ante portam abbatiæ suæ; tenendam de eisdem religiosis in perpetuum pro quatuordecim solidis annui redditus ad quatuor anni terminos usuales eisdem plenarie solvendis, ac secta ad curiam suam de Gloucestria, quotiens eam teneri voluerint, prout in scripto inter nos confecto plenius continetur. Ne in posterum, quod absit, ædificia super dictam terram per impotentiam seu incuriam meam, vel alicujus hæredum meorum, sint deteriorata ad dictorum religiosorum jacturam et gravamen, volo, et tenore præsentis scripti concedo, pro me et hæredibus meis, quod quandocunque ædificia super dictam terram constructa minus valeant quam decem marcas sterlingorum, seu quandocunque redditus alicujus termini in carta mea notati in parte vel in toto ultra unius anni spatium per me vel per hæredes meos f. 204 *b.*
sit detentus vel insolutus, quod dicti religiosi dictam terram cum omnibus pertinentiis pacifice ingrediantur et obtineant, me et hæredibus meis extunc exclusis, quoad dictam terram cum pertinentiis[1] ab omni jure et juris clamio in perpetuum.

In cujus rei, etc.

---

[1] *pacifice ingrediantur et obtineant* is inserted in the MS. before *ab*, but with the sign of erasure.

DCCCXVIII. *Gloucestria.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos J., Dei gratia, etc., concessimus et tradidimus Johanni de Hyda burgensi Gloucestriæ, terram nostram quæ jacet inter terram Nicholai Treweman et terram Johannis Payn; tenendam et habendam, de nobis et successoribus nostris in perpetuum, sibi et hæredibus suis, pro tresdecim solidis quos nobis annuatim ad quatuor terminos persolvet. Prædicta vero terra mensurata in longitudine continet triginta virgas domini regis ulnarias et unum quarterium cum pollicibus interpositis; in fronte vero continet quinque virgas et dimidiam et unum quarterium et duos pollices cum pollicibus interpositis; retro vero versus murum abbatiæ continet quinque virgas et dimidiam cum pollicibus interpositis. Quando vero dictus Johannes prædictam terram a nobis recepit, ædificium superpositum appretiatum fuit ad valorem quadraginta solidorum. Si aliquo casu emergente, etc., simile ædificium vel pretium nobis restituent. Idem vero juramentum, etc. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCXIX. *Glasburia, super escambio manerii ejusdem et terræ de Estleche.*

A.D. 1144. Of Glasbury.

Notum[1] sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod anno Domini millesimo centesimo quadragesimo quarto inter domnum Gilbertum abbatem et monachos Gloucestriæ et Walterum filium Ricardi filii Pontii, in præsentia domini Rogeri comitis Herefordiæ et proborum hominum, hæc est facta conventio.

Abbas ipse, consensu totius capituli sui, concessit Waltero et hæredibus suis in perpetuum habendum, manerium suum de Glasburia. Et Walterus, assensu Ricardi fratris sui, concessit ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ terram suam de Estlecche cum omnibus appenditiis suis in escambium; hac tamen conditione, ut ecclesia de Glasburia, cum terris, et decimis, et omnibus ad eam pertinentibus, in manu et possessione abbatis et monachorum Gloucestriæ sicut hactenus ita et semper permaneat, et ecclesia de Estlecche in manu et possessione prioris et

[1] A repetition, with variations, of No. CCLXXV. (*ante*, vol. i. p. 311).

monachorum Malverniæ, quibus ex dono prædecessorum Walteri jam diu assignata illibata est et inconvulsa permaneat.

Et ut hæc conventio inter eos firma consisteret, uterque alteri dominum Rogerum comitem Herefordiæ istius conventionis tenendæ fidejussorem concessit, et ipse se in istud plegium misit. Hiis testibus.

DCCCXX. *Hardepyrie.*

Of Hardepyrie. f. 205.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Waltero filio Walteri de Grava, unam virgatam terræ in Hardeperer, illam scilicet quam Walterus pater suus tenuit in eadem villa; tenendam de nobis in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis, liberam et quietam ab omni servitio et demanda ad nos pertinente, excepto quod curiam nostram sequetur, et dabit tallagium si impositum fuerit super abbatiam sicut alii liberi tenentes nostri. Hæredes etiam sui debitum relevium nobis facient cum singuli sibi succedent. Reddet etiam nobis dictus Walterus, pro prædicta terra, viginti solidos annuos ad quatuor terminos, in festo Sancti Michaelis quinque solidos, in festo Sancti Andreæ quinque solidos, in Annunciatione Beatæ Mariæ quinque solidos, in festo Sancti Johannis Baptistæ quinque solidos. Idem vero Walterus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat. Pro hac autem concessione nostra dedit nobis dictus Walterus quinque marcas argenti ad emendum redditum quinque solidorum ad eandem villam.

In hujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confecimus, unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ munitam, dicto Waltero tradidimus, alteram vero partem, sigillo dicti Walteri roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DCCCXXI. *De Hyda.*

A.D. 1154–1189. Of Hyda.

Henricus, rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, vicecomiti de Herefordsyra, salutem.

Præcipio quod juste deducas abbatem et monachos Gloucestriæ de una hyda terræ de la Hyde quam tenent. Et prohibeo ne ipsi inde injuste vexentur, vel in placitum ponantur, aut in aliquas consuetudines quas facere non solebant tempore

regis Henrici avi mei. Et nisi feceris, justitia mea faciat, ne amplius inde clamorem audiam pro penuria recti.

Teste Widone decano apud Gloucestriam.

DCCCXXII. *De eodem.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

f. 205 *b.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Roberto Smethe et Cristinæ uxori suæ, totam terram quam Johannes de la Bache de nobis tenuit in manerio nostro de Hyda; habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris totam dictam terram cum omnibus suis pertinentiis præfatis Roberto et Cristinæ ad vitam illorum tantum.

Reddendo inde annuatim, et faciendo nobis et successoribus nostris.[1] Prænominati Robertus et Cristina juramentum nobis præstiterunt, quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo[2] redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquirent, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendent, neque escambient, neque in vadimonium ponent, nec ad alium locum religionis transferent, sine assensu et voluntate nostra. Post decessum vero dictorum Roberti et Cristinæ, tota dicta terra cum omni melioratione superposita ad nos vel successores nostros plenarie, absque aliqua contradictione, revertetur.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ munitam, memoratis Roberto et Cristinæ tradidimus, alteram vero partem, sigillo ipsius Roberti roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DCCCXXIII. *Hereforde.*

Of Hereford.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes, Dei gratia abbas Gloucestriæ, et conventus ejusdem loci, concessimus et tradidimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus magistro Henrico de Eweny cementario, terram nostram ex opposito ecclesiæ Sancti Nicholai in Herefordia, cum pertinentiis suis, quam nobis dedit magister Thomas Blueth, et

---

[1] This clause is obviously incomplete.

[2] *reddendo*] repeated in MS.

carta sua confirmavit. Quæ quidem jacet inter terram Nicholai le Seculer ex parte una et terram Philippi de Skenefec ex altera; habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus suis in perpetuum, adeo libere, et quiete, et pacifice, sicut nos eandem terram tenuimus vel tenere possemus.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, ipse et hæredes sui, decem solidos argenti ad duos terminos, videlicet medietatem ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, pro omnibus actionibus et demandis ad nos ratione dictæ terræ pertinentibus. Et idem magister Henricus et hæredes sui versus capitales dominos illius feodi et alius quoscunque de londgabulo, consuetudinibus, et aliis rebus quæ de dicta terra exigi possint, et debeant, nos aquietabunt. Prædicta vero terra, per visum legalium virorum mensurata, continet in latitudine in parte anteriori octodecim virgas domini regis ulnarias cum pollice interposito et quatuor pollices; in longitudine vero ex parte una novemdecim virgas domini regis ulnarias cum pollice interposito; ex parte vero altera continet f. 206.
in longitudine tresdecim virgas domini regis ulnarias cum pollice interposito. Quando vero dictus magister Henricus dictam terram a nobis recepit, ædificium superpositum appretiatum fuit ad valorem centum solidorum. Si vero, aliquo casu emergente, dictus magister Henricus vel hæredes sui dictam terram nobis reliquerint, simile ædificium vel pretium nobis restituent. Idem vero magister Henricus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque alicui in feodum et hæreditatem tradet, nec ad aliquem locum religionis transferet, sine assensu et voluntate nostra. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confectum est inter nos, cujus unam[1] partem, signo nostro signatam, dicto magistro Henrico tradidimus, alteram vero partem, signo dicti magistri Henrici roboratam, penes nos retinuimus.

---

[1] *unam*] unum, MS.

DCCCXXIV. *De Sancto Davide ; et debet intabulari in hac littera D.*

Of St. David's.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Rogerus Walensis de Sancto Davide dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti [Petri] de Gloucestria, abbati et conventui ejusdem loci, omnia curtillagia mea in villa de Sancto Davide, cum croftis, mesuagiis, et ædificiis desuper ædificatis; habenda et tenenda pro me et hæredibus meis dictis abbati et conventui et eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, adeo libere et quiete, sicut aliqua elemosina alicui domui religiosæ conferri potest. Ego vero dictus Rogerus et hæredes mei dictis abbati et conventui et eorum successoribus omnia prædicta curtillagia, cum croftis, mesuagiis, et ædificiis desuper ædificatis, una cum omnibus pertinentiis suis, contra omnes homines et fœminas in perpetuum warantizabimus, et aquietabimus, et defendemus.

In cujus[1] rei, etc.

DCCCXXV. *Hopemalhoysel.*

A.D. 1263–1284. Of Hopemalhoysel.

Sciant[2] præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia [abbas] et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, dedimus, concessimus, et tradidimus Willelmo Yreby, pro homagio et servitio suo, unum mesuagium cum pertinentiis suis in villa de Hopemaloysel. Quod quidem mesuagium Henricus de Gar . . .

DCCCXXVI. *Hynetone.*

Of Hynetone. f. 206 *b.*

Omnibus Christi fidelibus, Johannes, Dei gratia, etc.

Sciatis, quod cum Robertus de Hynetone et antecessores sui de nobis et prædecessoribus nostris totum tenementum suum in Hynetone cum pertinentiis suis tenuissent, pro quo nobis facere debuerunt et consueverunt esquieriam nomine serjantiæ, videlicet cum aliquis monachus, etc., et ad hoc faciendum, etc. Et cum dictus, etc. Si vero runcinum, etc. Nos certa conventione, etc., faciant hoc servitium, videlicet tenendam tualliam quam recipiet a senescallo nostro ad manus domini abbatis tergendas die Apostolorum Petri et Pauli, etc.

---

[1] *cujus*] repeated in MS.

[2] This is merely a fragment. *Vacat hoc quia alibi scribitur ante fo.* 87, is written in the margin. The entire charter will be found *ante*, No. CCCXXII. (vol. i. p. 338).

Præterea prædictus Robertus et hæredes facient nobis duas sectas curiæ nostræ Gloucestriæ, etc. Et curiam nostram de Hynetone sicut idem et antecessores sui facere debebant et solebant. Ita scilicet quod nihilominus, etc.

Reddent insuper unam marcam argenti nobis et successoribus nostris ad duos anni terminos usuales, etc. Et si dictum tenementum, etc. Singulis autem, etc. Volumus ut ipsi nobiscum sint in mensa adeo honorifice sicut senescallus domus nostræ, et fœnum et avenam nocte sequente ad unum equum. Quod si contigerit in posterum ipsum militem fieri, vel aliquem hæredum suorum, volumus ut tam ipse quam omnes hæredes sui milites existentes fœnum et præbendam prædicta nocte ad duos equos habeant, sicut senescallus noster.

In cujus, etc.

DCCCXXVII. *Halthone.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, dedimus, concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus, Nicholao Orm de Ludelawe, pro homagio et servitio suo, viginti et unam acram terræ, et unum mesuagium cum pertinentiis suis in villa de Haltone, quas quidem acras cum mesuagio Walterus Scurry aliquando de nobis tenuit in eadem villa; habendum et tenendum de nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus suis vel assignatis, exceptis viris religiosis aliis, libere, quiete, bene, et [1] in pace, in perpetuum. A.D. 1263–1284. Of Halthone.

Reddendo inde annuatim priori nostro Bromfelde, qui pro tempore fuerit, quatuor solidos argenti ad duos anni terminos, videlicet ad festum Sancti Michaelis duos solidos, et ad festum Annunciationis Dominicæ duos solidos, pro omni servitio et sæculari demanda ad nos inde pertinente, salvo forinseco, et salva nobis secta ad curiam nostram de Bromfelde bis in anno, videlicet ad festum Sancti Michaelis et ad le hokeday, cum aliis liberis hominibus nostris facienda in perpetuum. Idem vero Nicholaus juramentum, etc. Et si contingat quod ipse vel hæredes sui vel assignati dictam terram vel aliquam ejus partem alicui vendere voluerint, nos et successores nostri omnibus aliis erimus propinquiores, dummodo pro dicta terra tantum eis dare voluerimus quantum alii pro ipsa rationabiliter essent daturi. Eandem securitatem, etc. f. 207.

In cujus rei testimonium, etc.

---

[1] *et*] interlined in MS.

DCCCXXVIII. *Horcote.*

A.D. 1225. Feb. 2–9. Of Horcote.

Hæc[1] est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium, in octabis Purificationis Beatæ Mariæ, anno regni regis Henrici filii regis Johannis nono, coram Martino de Pateshulle, Thoma de Multone, Thoma de Haydone, Roberto de Lexindene, Galfrido le Sauvage, justiciariis, et aliis domini regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Thomam abbatem Gloucestriæ petentem, per Henricum le Bel, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Robertum filium Roberti de Horcote quem Ysabella de Horcote vocavit ad warantum, et qui ei warantizavit tenentem, de una virgata terræ et uno molendino cum pertinentiis in Horcote; unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod prædictus Robertus recognovit prædictam terram et molendinum cum pertinentiis esse jus ipsius abbatis et ecclesiæ suæ de Gloecestria; et pro hac recognitione, fine, et concordia idem abbas concessit eidem Roberto et hæredibus suis totam prædictam terram et molendinum cum pertinentiis; tenenda et habenda de prædicto abbate et successoribus suis in perpetuum.

Reddendo inde annuatim duas marcas argenti ad quatuor terminos, scilicet in vigilia Paschæ dimidiam marcam, in vigilia Sancti Johannis Baptistæ dimidiam marcam, in vigilia Sancti Michaelis dimidiam marcam, in vigilia Natalis Domini dimidiam marcam, pro omni servitio, etc.

DCCCXXIX. *Kynemaresburia.*

Of Kynemaresburia.

Noverint universi ad quos præsens scriptum pervenerit, quod ego Ricardus de Abbenesse, de voluntate et consensu Milisantæ uxoris meæ, in urgentissima necessitate nostra, concessi, et tradidi ad firmam, viris religiosis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, terram quam habui apud Kynemaresburiam, de dote prædictæ Milisantæ uxoris meæ, et quicquid ibidem ratione dotis ejusdem habere possem, secundum legem et consuetudinem regni; habendum et tenendum dictam terram de me et prædicta Milisanta uxore mea quamdiu vixerimus, cum omnibus suis ubique pertinentiis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in viis et semitis, sibi et successoribus suis annuatim, pro una marca argenti mihi et prædictæ

[1] A repetition of No. CCCIV. (*ante*, vol. i. p. 326).

Milisantæ uxori meæ in festo Sancti Michaelis singulis annis persolvenda. Et quia prædicti abbas et conventus mihi præ f. 207 *b.*
manibus pro duobus primis annis satisfecerunt de eisdem annis, me ab eisdem nihil posse petere vel debere protestor. Et si contingat quod dicta Milisanta uxor mea infra eosdem annos decesserit, ego arbitrio bonorum virorum, de pecunia quam pro prædicta terra præ manibus recepi, præfatis abbati et conventui plenarie satisfaciam. Si vero ego interim decessero, volo quod testamenti mei factio robur non obtineat, quousque prædictis abbati et conventui, prout prælibatum est, fuerit de jure satisfactum, perceptis ab eisdem exinde prius allocatis. Et ad omnia præmissa fideliter et sine dolo observanda, subjicio me et omnia bona mea districtioni et coertioni tam officialis Wygorniensis quam vicecomitis Gloucestriæ, ut iidem vel eorum alter possint vel possit, per compulsionem vel coertionem, sine strepitu judiciali, me vel meos executores compellere quos vel quem iidem abbas et conventus duxerint eligendos. Ego vero prædictus Ricardus et Milisanta uxor mea prædictam terram ab omnibus sectis, consuetudinibus, et sæcularibus demandis aquietabimus versus quoscunque certa inter nos per præsens scriptum conventione facta et defendemus.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, et alternatim divisum. Hiis testibus.

DCCCXXX. *De Ledene.*

Hæc [1] est finalis concordia facta in curia domini regis apud A.D. 1241.
Gloucestriam, a die Sancti Johannis Baptistæ in unum mensem, Of Ledene.
anno regni regis Henrici filii regis Johannis vicesimo quinto, coram Roberto de Lexintone, Radulpho de Suthlega, Willelmo de Culewrthe, Jollano de Neville, et Roberto de Haya, justiciariis itinerantibus, et aliis domini regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Rogerum Marescallum petentem, et Henricum abbatem Gloucestriæ tenentem, de una virgata terræ cum pertinentiis in Ledene; unde assisa mortis antecessoris summonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod prædictus Rogerus remisit et quietum clamavit, de se et hæredibus suis, prædicto abbati et successoribus suis, et ecclesiæ suæ de Gloucestria, totum jus et clamium quod habuit in tota prædicta terra cum pertinentiis in perpetuum. Pro hac autem remis-

[1] A repetition, with variations, of No. CCCLXXXIII. (*ante*, vol. i. p. 374).

sione, et quieta[1] clamantia, fine, et concordia, idem abbas dedit prædicto Rogero unam marcam argenti.

DCCCXXXI. *Linkeholte.*

Of Linkeholte. f. 208.

Sciant,[2] præsentes et futuri, quod ego Thomas, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Galfrido filio Roberti de Linkeholte dimidiam hydam terræ in Linkeholte; tenendam de nobis in feodo et hæreditate, libere et quiete, pro octo solidis annuatim nobis in perpetuum persolvendis duobus terminis, medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Aquietabit etiam præterea totam prædictam villam de Linkeholt de sequela omnium comitatuum et hundredorum et justiciariorum, et omnium aliarum sequelarum quæ ad memoratam villam pertinent. Dabit etiam abbati auxilium sicut alii liberi homines nostri faciunt. Idem vero Galfridus[3] juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de redditu nostro plenarie solvendo, et prædictis sequelis fideliter faciendis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque excambiet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu nostro. Eandem securitatem facient nobis hæredes ejus cum singuli sibi succedent.

Quod quia ratum esse volumus, præsenti scripto sigillo nostro munito diviso inter nos cyrographo confirmamus.

DCCCXXXII. *Linkeholte.*

A.D. 1245, July 28. Of the same.

Henricus,[4] Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Sciatis quod concessimus, pro nobis et hæredibus nostris, dilecto nobis in Christo Johanni de Felda, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ejusdem domus et successoribus suis, quod assartum[5] manerii sui de Linkeholte infra metas forestæ nostræ de Schete, quod quidem assartum continet in se quinque acras per numerum acrarum, in perpetuum remaneat terra arabilis, et quod idem abbas et successores

[1] *quieta*] quit', MS.

[2] A repetition of No. CCCCX. (*ante*, vol. i. p. 386).

[3] *Galfridus*] Thomas, MS.

[4] The inrolment of this instrument will be found upon the Patent Roll 29 Henry III., from whence the collation is derived.

[5] *assartum*] assartum suum, Roll.

sui in perpetuum, sine occasione, assartum prædictum excoli faciant; salvis nobis et hæredibus nostris regardis nostris in itinere regardorum nostrorum de assarto prædicto. Concessimus etiam prædicto abbati et successoribus suis, pro nobis et hæredibus nostris quod assartum prædictum in perpetuum remaneat clausum fossato et haya, ita quod feræ nostræ libere possint intrare et exire.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso apud Gloucestriam, vicesimo octavo die Julii, anno regni nostri vicesimo nono.

DCCCXXXIII. *Lamburne.*

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Thomas, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Osmundo filio Girardi, mesuagium quod Aldewinus Claudus tenuit, et mesuagium quod Edwinus Smuri tenuit in Lamburne, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, in feodo et hæreditate, excepta illa virgata terræ quam emimus ab eodem Osmundo, quam videlicet tradidimus Martino Syme et hæredibus suis; tenendam de nobis. Prædictus vero Osmundus et hæredes ejus, pro prædictis mesuagiis, tresdecim denarios annuatim nobis in festo Sancti Michaelis in perpetuum persolvent. Et præterea pro anima Alani filii dominæ Sibilæ filiæ Jozonis de Dynan, quæ nobis eadem mesuagia in perpetuam elemosinam donavit, idem Osmundus et hæredes ejus invenient nomine nostro, singulis noctibus per annum, de suo proprio custu, unam lampadem ardentem in perpetuum in capella[2] Beatæ Mariæ de Lamburne, et similiter ad omnes horas diurnas, et ad missas quæ in eadem capella cantabuntur. Idem vero Osmundus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de reddendo redditu nostro plenarie, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram [suam] damnum incurrat; et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu nostro. Eandem autem securitatem facient nobis hæredes ejus cum singuli sibi succedent.

Of Lamburne. f. 208 *b.*

Quod quia ratum esse volumus, præsenti scripto sigillo nostro munito diviso inter nos cyrographo confirmavimus.

---

[1] A repetition of No. CCCLXXVIII. (*ante*, vol. i. p. 370).

[2] *capella*] capellæ, MS.

DCCCXXXIV. *Lilletone.*

Of Lilletone.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterus filius Roberti de Herefordia, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, totam terram meam in Lilletone cum particula pratorum et omnium aliorum pertinentium quam tenui de Philippo filio Galfridi de Lilletone, et de Galfrido filio ejusdem Philippi, in feodo et hæreditate, per cartas ipsorum tenenda cum omnibus pertinentiis earum sine aliquo retinemento ad opus meum vel hæredum meorum in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum.

Reddendo pro eisdem terris, Philippo de Lilletone et hæredibus suis, duos solidos et sex denarios, et Galfrido filio ejusdem Philippi et hæredibus suis unum obolum annuatim, sicut ego Walterus et hæredes mei reddere solebamus et debebamus terminis statutis, sicut cartæ ipsorum testantur.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCXXXV. *De eodem.*

Of the same. f. 209.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Galfridus filius Philippi de Lilletone dedi, et concessi, et præsenti carta mea confirmavi, Johanni de Codestone tunc camerario abbatis Gloucestriæ, totum illud mesuagium, cum crofto adjacente, et omnibus aliis pertinentiis suis quod Thomas de Saunforde de Philippo patre meo aliquando tenuit; illud scilicet quod ego de Willelmo de Saunforde fratre et hærede dicti Thomæ emi. Concessi etiam dicto Johanni totum curtillagium capitalis mesuagii quod fuit Philippi patris mei; et unum sellionem proximo jacentem juxta dictum curtillagium ex una parte et terram quam Felicia de Overe tunc temporis tenuit ex altera; et unam garam quæ jacet juxta pasturam abbatis Gloucestriæ; tenendam et habendam totam prædictam terram, cum omnibus pertinentiis suis, in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis sive assignatis suis et eorum hæredibus, libere, quiete, et integre, sine aliquo retenemento ad opus meum [1] vel hæredum [2] meorum.

---

[1] In the MS. there is a slight erasure after this word.

[2] The letter *e* is inserted in the MS. before *meorum*, but with the sign of erasure.

Reddendo inde annuatim domino abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, de quorum feodo tota prædicta terra est, tres denarios duobus anni terminis, pro omnibus servitiis, exactionibus, et sæcularibus demandis, scilicet ad Annunciationem Beatæ Mariæ tres obolos, et ad festum Sancti Michaelis tres obolos, sicut ego et hæredes mei dictis abbati et conventui reddere debebamus et solebamus. Pro hac autem donatione et concessione mea dedit mihi prædictus Johannes duas marcas sterlingorum præ manibus ad aquietanda debita mea in Judaismo Gloucestriæ. Ego vero prædictus Galfridus et hæredes mei prædicto Johanni et hæredibus suis totam prædictam terram, cum omnibus pertinentiis suis, contra omnes homines et fœminas in perpetuum warantizabimus, etc.

DCCCXXXVI. *Ledewyche.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus Willelmo de Rutone, et Margeriæ filiæ Ricardi Canun uxori suæ, et uni ex natis eorum legitime procreato, totam terram illam cum omnibus pertinentiis suis in villa de Ledewyche quam de nobis tenuit Ricardus Rufus in eadem villa, et illud assartum cum omnibus pertinentiis suis quod jacet inter terram prænominatam, et extendit se a terra arabili super Weornescote usque in rivulum de Kaybroc, et unam acram et dimidiam terræ arabilis, quæ acra jacet inter terram abbatis et conventus de Wiggemore et terram prænominatam; dimidia vero acra jacet inter terras Rogeri forestarii ex utraque parte; habendam et tenendam totam prædictam terram cum pertinentiis suis de nobis et successoribus nostris ad vitam ipsorum, libere, quiete, bene, et in pace. A.D. 1263–1284. Of Ledewyche. f. 209 *b.*

Reddendo inde annuatim prioratui nostro de Bromfelde undecim solidos argenti ad duos terminos, videlicet medietatem ad festum[1] Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad Annunciationem Beatæ Mariæ, pro omnibus servitiis et sæcularibus demandis ad nos, ratione dictæ terræ, pertinentibus; salva secta curiæ nostræ de Bromfelde ab eisdem successive facienda cum aliis liberis hominibus nostris. Idem vero Willelmus juramentum nobis præstitit quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra seu prioratus noster de Bromfelde per tenuram suam damnum

[1] *ad* is inserted in the MS. before *Sancti*, but with the sign of erasure.

incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque alicui tradet, sine assensu et voluntate nostra. Eandem securitatem nobis facient qui eidem succedent. Post decessum dictorum Willelmi et Margeriæ uxoris suæ ac nati sui quem successorem suum constituerit, dicta terra cum omni melioratione superposita ad nos sine aliqua contradictione revertetur.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ munitam, dicto Willelmo tradidimus, alteram vero partem, signo ipsius roboratam, penes nos retinuimus, etc.

DCCCXXXVII. *Ledene, scilicet de prato.*

Of Rodford.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes Dobyn de Kalenhulle dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, duas acras prati cum pertinentiis de prato quod fuit Galfridi de Ledene in parochia de Rodeford; habendas et tenendas prædictas duas acras prati memoratis abbati et conventui et eorum successoribus, de me et hæredibus meis seu meis assignatis, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam in perpetuum. Ego vero dictus Johannes et hæredes mei seu assignati prædictis abbati et conventui et eorum successoribus prænominatas duas acras prati cum pertinentiis contra omnes gentes warantizabimus, aquietabimus, et defendemus, in perpetuum.

Et quia volo quod hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio, perpetuitatis robur obtineat, præsentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

DCCCXXXVIII. *Mattesdone.*

A.D. 1263–1284. Of Mattesdone. f. 210.

Sciant præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas Gloucestriæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et tradidimus Roberto de Putteleye burgensi Gloucestriæ, totam terram cum pertinentiis quam Symon de Mattesdone de nobis tenuit in villa de Mattesdone, et quam nobis ad firmam tradidit, excepta dote quam Alicia relicta dicti Symonis tenet, et excepta terra de[1] Dymmok cum suis pertinentiis; tenendam

[1] *dote* is inserted in the MS. before *Dymmok*, but with the sign of erasure.

et habendam totam dictam terram cum suis pertinentiis sibi et hæredibus vel assignatis suis, de nobis et successoribus nostris, adeo libere et quiete, sicut eam tenuimus vel tenere possemus, a festo Sancti Michaelis anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, usque ad terminum octo annorum continue sequentium plene completorum, pro triginta marcis quas nobis præ manibus numeravit.

DCCCXXXIX. *De eodem.*

Notum sit præsentibus et futuris, quod ego Ernulfus filius Radulfi concessi Deo, et Sancto Petro, et conventui Gloucestriæ, ecclesiam de Mattresdone, cimiterium ejus, decimas ad eam pertinentes, clerici inductionem, et quicquid ad ecclesiæ pertinet libertatem in eorum manus et potestatem, sine omni omnino reclamatione, vel calumnia, in perpetuum coram episcopo commisi. Of the same.

Quod et ego Symon[1] Wygorniensis episcopus[2] concessi, et ita ecclesiæ Gloucestriæ ratum in perpetuum fore confirmavi.

DCCCXL. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Philippus de Mattesdone concedo Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro anima mea, et pro anima patris mei, in perpetuam elemosinam, capellam de Mattresdone quæ est juxta domum meam in curte mea, quam capellam pater meus eis prius donaverat. Et cum capella prædicta vacaverit liceat abbati prædictæ ecclesiæ, libere, et sine ulla reclamatione mea vel alicujus hæredum meorum, quamlibet in ea instituere personam. Of the same.

Et ut donatio ista firma et illibata servetur, eam præsentis scripti auctoritate et sigilli mei impressione communio, etc.

---

[1] Bishop of Worcester, 1125–1150.

[2] *Wygorniensis* is inserted in the MS. before *concessi*, but with the sign of erasure.

DCCCXLI. *Morkote.*

Of Morkote.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Morcote dedi, et concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, pro me et hæredibus meis sive assignatis meis, viris religiosis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, et eorum successoribus, ac eorundem hominibus, liberis et servis,[1] communam pasturam in mora mea quæ est inter Mukelake et Radeham, et inter Marewenthay et Calverecroft. Dedi etiam et concessi prædictis religiosis et eorum successoribus, ac eorundem hominibus, liberis et servis, liberum introitum et exitum quandocunque voluerint, per cheminum meum quod extendit se de la Stone usque ad moram prædictam; habendam et tenendam dictam communam in dicta mora, una cum libero introitu et exitu per cheminum prædictum dictis religiosis et eorum successoribus, ac eorundem hominibus, liberis et servis, quandocunque voluerint, pro me et hæredibus meis sive assignatis sine aliquo impedimento, aliqua vexatione, vel calumnia, libere, quiete, integre, bene, et in pace, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum.

f. 210 *b.*

Et ne hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio, ullis temporibus vertatur in dubium, sigillum meum huic præsenti cartæ meæ apposui in testimonium. Hiis testibus.

DCCCXLII. *Morcote de eodem.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Morcote dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, pro me et hæredibus meis, sive quibuscunque assignatis, viris religiosis domino Reginaldo abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, ac eorum successoribus, totum pratum meum apud Morkote quod vocatur Radehame, cum omnibus salicibus, et aliis arboribus idem pratum circumstantibus, quæ aliquo tempore meæ fuerunt vel esse debuerunt, et cum aqua de Ledene ex opposito dicti prati et omnibus aliis pertinentiis ad præfatum pratum pertinentibus; quod quidem pratum extendit se in longitudine a prato Henrici de Marewent quod vocatur Depeneye usque ad pasturam quæ vocatur Sumerham, et in latitudine inter Radefelde et aquam quæ vocatur Ledene;

[1] *liberum introitum et exitum quandocunque voluerint per cheminum meum quod extendit se de la Stone usque* is inserted in the MS. before *communam*, but with the sign of erasure.

haben um et tenendum totum dictum pratum, cum salicibus, et aliis arboribus, aqua, et omnibus aliis pertinentiis suis, dictis religiosis et eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, ita quod ego et hæredes mei, seu quicunque assignati, ab omnimodo jure et juris clamio quæ in dictis prato, salicibus, aliis arboribus, aqua, et omnimodis suis pertinentiis habuimus, vel quocunque modo habere possemus, præcise et penitus excludamur in perpetuum. Volo etiam et concedo, pro me et hæredibus meis, seu quibuscunque assignatis, quod præfati religiosi et homines sui liberum passagium f. 211. ultra terram meam, tam ad dictum pratum ingrediendum cum averiis, carris, et caretis, quam egrediendum quibuscunque anni temporibus voluerint, habeant absque mei vel hæredum meorum seu quorumcunque assignatorum impedimento aliquo seu contradictione. Et ego Willelmus et hæredes mei, seu quicunque mei assignati, totum pratum antedictum, cum salicibus, arboribus, et omnibus aliis pertinentiis suis, sicut prædictum est, præfatis religiosis et eorum successoribus, contra capitalem dominum et omnes alios mortales warantizabimus, et indemnes conservabimus, ac de omnimodis sectis comitatuum, hundredorum, et aliarum curiarum, et de omnimodis aliis exactionibus, et sæcularibus demandis, aquietabimus et defendemus in perpetuum.

Et ut hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio, perpetuitatis robur obtineant, præsentem cartam sigilli mei impressione corroboravi.

DCCCXLIII. *De Gare, scilicet de molendino.*

Hæc est conventio facta inter dominum abbatem et con- A.D. 1212.
ventum Gloucestriæ ex una parte, et Robertum filium Ruelani Of Gare.
ex altera, anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo duodecimo, in festo Sancti Andreæ, videlicet quod idem Robertus et hæredes sui dimiserunt et concesserunt ut prædicti abbas et conventus teneant ad firmam molendinum de Gare, cum pertinentiis suis, usque ad decem annos completos, pro una lada bladi provenientis ex ipso molendino ad Natale Domini singulis annis eidem Roberto persolvenda. Quod videlicet molendinum dictus Robertus clamat tenere de prædictis abbate et conventu Gloecestriæ pro tribus marcis et dimidia per annum, sicut in carta quam idem Robertus exinde habet, plenius continetur.

DCCCXLIV. *Mayesmore, scilicet quieta clamatio.*

Of Mayesmore. Sciant præsentes et futuri, quod ego David Blueth filius Walteri Blueth remisi, et quietum clamavi, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, in perpetuum, pro me, et pro omnibus hæredibus meis, omne jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui in tresdecim acris terræ arabilis, et quatuor acris prati, et uno forendello cum pertinentiis in Mayesmore, videlicet in tribus acris et dimidia in Birchlega jacentibus juxta dominicum eorum, et in una acra et dimidia in Noþerestrode jacentibus inter terram Galfridi Alebast et terram Adæ Fremon, et in una acra in Bovelege
f. 211 *b.* jacente inter terram Rogeri de Estbeche et Galfridi Alebast, et in uno forendello in Overfelde jacente inter terram dicti Rogeri de Estbeche et Adæ Fremon, et in dimidia acra in Wapelediche jacente inter terram Edwy et Johannis Kineþet, et in una acra et in uno forendello in Pirlege jacentibus inter terram Walteri et Adæ Fremon, et in dimidia acra in Modint jacente inter terram Adæ Fremon et Rogeri de Estbache, et in tribus forendellis in Lesseworthe jacentibus juxta terram Rogeri de Estbache, item in duabus acris in Lesseworthe jacentibus juxta dominicum dictorum abbatis et conventus, et in tribus forendellis in Crocleye jacentibus juxta terram Rogeri de Estbeche, et in una acra in Cuttescroft jacente inter terram eorum et terram meam, item in duabus acris prati et tribus forendellis in Huppinghomme jacentibus juxta dominicum pratum eorum, et in dimidia acra prati apud Evecheswere juxta dominicum eorum, et in una acra prati in Rodmede ad portam de Pers quæ vocatur le Longeaker; ita quod habeant et teneant omnes prædictas terras, cum prædictis pratis, libere et quiete, in perpetuum, absque omni reclamatione mei vel hæredum meorum.

Et ut hæc mea remissio et quieta clamatio firma sit et stabilis in perpetuum, huic scripto sigilli mei, etc.

DCCCXLV. *Mayesmore, scilicet de quadam assisa.*

A.D. 1221. Of the same. Assisa[1] venit recognoscere utrum quadraginta pedes pasturæ ex una parte pontis Gloucestriæ, et quadraginta pedes ex altera, sint libera elemosina pertinens ad ecclesiam Sancti Nicholai Glou-

[1] A repetition, with variations, of No. CCXCVIII. (*ante*, vol. i. p. 322). Against this pleading, in the margin, is written *contra priorem Sancti Bartholomæi.*

cestriæ unde Willelmus Cucuel est persona, vel laicum feodum abbati Sancti Petri Gloucestriæ pertinens, et abbas per attornatum venit, et nihil dicit quare assisa remaneat, sed ponitur in respectum quia omnes juratores amovit. Sed Willelmus dicit quod custodia pontis Gloucestriæ pertinet ad ecclesiam suam, et pastura pertinet ad pontem, et hac ratione clamat ipse eandem pasturam. Et abbas per attornatum suum dicit quod pastura illa pertinet ad manerium suum de Mayesmore f. 212. quod tenet ex dono regis Henrici senioris, et inde profert cartam ejusdem regis, quæ testatur quod ipse dedit Deo, et ecclesiæ Sancti Petri, et Serloni abbati Gloucestriæ, ad victum monachorum, terram de Mayesmore et silvam totam et planum, similiter sicut ipse rex melius illam habuit, et inde ponit se super juratam quod pastura illa est de pertinentiis de Mayesmore. Et ideo procedit assisa. Juratores dicunt quod pastura illa est laicum feodum abbatis et non elemosina. Et ideo consideratum est quod abbas eat quietus, et Willelmus in misericordia pro falso clamio.

Acta sunt hæc anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo primo coram justiciariis itinerantibus, abbatibus de Radinge, et de Evesham, Martino de Pateshulle, Radulpho Harang, Roberto de Lexendene, Johanne de Monemue; apud Gloucestriam decimo septimo kalendas Augusti. Eodem anno et die lecta est carta Willelmi de Pundelarge de cursu fontis qui dicitur Bersewelle, ipso Willelmo præsente et consentiente, et postea inrotulata est in rotulis eorundem justiciariorum.

DCCCXLVI. *Mayesmore, scilicet de centum acris bosci.*

Henricus, Dei gratia rex Angliæ, etc., vicecomiti Glouces- A.D. 1270, triæ, salutem. Sept. 11.

Monstravit nobis abbas de Gloucestria, quod cum ipse nuper, Of the in curia nostra apud Gloucestriam, coram dilecto et fideli same. nostro Waltero de Helyun justiciario nostro ad hoc assignato, recuperasset seysinam suam versus Gilebertum le Forester, et Gilbertum de Clare comitem Gloecestriæ et Hertfordiæ, de centum acris bosci cum pertinentiis in Mayesmore[1] per recognitionem assisæ novæ disseisinæ inde inter eos ibidem captæ, iidem Gilbertus, Radulphus,[2] et Gilbertus, præfatum abbatem de prædicto bosco iterum injuste disseisyerunt. Et ideo tibi

[1] *Wilveruge* is inserted here in the margin in a later hand.

[2] Ralph has not been mentioned before. There must be an omission in the previous part of the document.

præcipimus, quod assumptis tecum custodibus placitorum coronæ nostræ et duodecim, tam militibus quam aliis liberis et legalibus hominibus de comitatu tuo, tam de illis qui in prima jurata fuerunt quam aliis,[1] in propria persona tua, accedas ad boscum illum, et per eorum sacramentum diligentem facias inde inquisitionem. Et si præfatum abbatem per prædictos Gilbertum, Radulphum, et Gilbertum, de prædicto bosco iterum injuste disseysitum inveneris, tunc prædictos Gilbertum,[2] Radulphum, et Gilbertum capias, et in prisona nostra salvo custodias, donec aliud inde tibi præceperimus. Et præfatum abbatem de eodem bosco resaysias.

Teste me ipso apud Wodestoke, undecimo die Septembris, anno regni nostri quinquagesimo quarto.

DCCCXLVII. *Munstreworþe.*

Of Munstreworthe.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Waltero le Wyteknyt[3] et hæredibus suis mesuagium nostrum, cum curtillagio et omnibus aliis pertinentiis, in villa de Munstreworþe, quod Willelmus le Wyteknyt aliquando de nobis tenuit, pro duobus solidis nobis annuatim persolvendis in vigilia Sancti Petri ad Vincula pro omni servitio. Et si
f. 212 *b.* ipse Walterus vel hæredes sui dictos denarios dicto die non solverint, dictum redditum infra quindecim dies dupplicabunt. Et tam dictus Walterus quam hæredes sui, cum decesserint, rationabile herietum et pro relevio duos solidos nobis dabunt. Idem vero Walterus juramentum, etc.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCXLVIII. *Marewent.*

Of Marewent.

Sciant præsentes et futuri, quod nos, etc., concessimus et tradidimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus, Henrico filio Henrici de Marewent, octodecim acras terræ cum pertinentiis suis quas Johannes le Loremer de nobis aliquando tenuit in hameleto de Marewent antedicto; tenendas et habendas, de nobis et successoribus nostris, præfato Henrico et uxori suæ quam primo ducet, si quam ipsum ducere contingat, ac uni puero de eorum corporibus legitime pro-

[1] *qui* is inserted in the MS. before *in*, but with the sign of erasure.

[2] *Gilbertum*] Gibertum, MS.

[3] *Witeknyght in manibus J. Wheler junioris* is inserted here in the margin in a later hand.

creato, totam præfatam terram cum suis ubique pertinentiis ad eorum vitam tantum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, præfatus Henricus vel ejus uxor, si eum supervixerit, ac eorum proles legitima, ut prædictum est, septem solidos sterlingorum ad quatuor terminos videlicet anni usuales pro omni servitio ad nos inde pertinente, exceptis forinseco servitio et secta ad curiam nostram de Hardepyric quotiens tenta fuerit facienda. Idem vero Henricus juramentum nobis præstitit, etc. Eandem securitatem nobis facient uxor ejus et filius, etc. Post decessum autem eorum, etc. Pro hac autem nostra concessione et traditione dedit nobis præfatus Henricus quatuor marcas sterlingorum præ manibus, etc.

In cujus rei, etc.

DCCCXLIX. *Manumissio Henrici Bitele.*

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum perA.D. 1277. Manumission of Henry Bitele. venerit, R[eginaldus], permissione divina abbas Sancti Petri Gloucestriæ, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, nos manumisisse et libertati donasse Henricum Bitele nativum nostrum de Berthona; volentes et concedentes, pro nobis et successoribus nostris, quod idem Henricus, cum tota sequela sua, libere possit ingredi et egredi terram nostram absque aliquo impedimento nostri, vel ballivorum nostrorum, et catalla sua de terra nostra educere pro libito suæ voluntatis; ita quod nec nos, nec successores nostri, nec aliquis nomine nostro, quicquam in ipso, vel in tota successione sua, vel in catallis suis, ratione servitutis, exigere vel vendicare possimus in posterum, [sed] ab omnimodo jure et clamio quo ad ipsum et totam successionem suam et bona eorundem penitus excludamur in per- f. 213. petuum. Salvo nobis uno pari[1] calcarium annui redditus singulis annis in festo Paschæ solvendo pro omni servitio ad nos pertinente ratione qualiscunque servitutis.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum nostrum existit appensum.

Datum Gloucestriæ in octabis Sanctæ Trinitatis, anno regni regis Edwardi[2] quinto.

---

[1] *cyrothecarum* is inserted in the MS. after *pari*, but with the sign of erasure.

[2] Edward I.

DCCCL. *Northleche.*

A.D. 1263–1284. Of Northleach.

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Willelmo dicto Messero, unam virgatam terræ consuetudinariæ in manerio nostro de Northlecche, illam scilicet quam Henricus Banning de nobis tenuit in manerio nostro antedicto; habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris, ad vitam suam, et ad vitam uxoris suæ quam primo ducet, dum tamen illam, si eum supervixerit, caste et sine marito vivere contingat.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duodecim solidos ad duos anni terminos, videlicet ad[1] festum Sancti Andreæ sex solidos, et ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ sex solidos, pro omnibus consuetudinibus et servitiis ad nos inde pertinentibus. Dictus autem Willelmus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro statutis terminis, et quod locum mesuagii ad dictam terram pertinentis ædificabit et competenter sustentabit suo perpetuo,[2] et uxor ejus similiter, si eum supervixerit, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram [suam] damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque alicui tradet, nec ad alium locum religionis transferet, sine assensu et voluntate nostra. Post decessum vero dicti Willelmi et uxoris suæ, quam primo ducet, et ante si eadem uxor sua eum supervixerit et postea vixerit inceste, vel alio[3] se nupserit marito, dicta terra cum omni melioratione superposita ad nos integraliter revertetur. Dictus etiam Willelmus halimotum nostri manerii prædicti cum aliis hominibus nostris ejusdem halimoti et uxor sua quam primo ducet, si eum supervixerit, sequentur. Concedimus etiam eidem Willelmo quod quietus sit a
f. 213 *b.* pannagio et auxilio in festo Sancti Michaelis, dum tamen plura animalia non habuerit quam ad tantum terræ tenementum pertinent in eadem villa.

In cujus rei testimonium, etc.

[1] *duos anni terminos* is inserted in the MS. before *festum*, but with the sign of erasure.

[2] *suo perpetuo*] So in MS. Query, should it not be *custu suo proprio?*

[3] *alio*] alii, MS.

DCCCLI. *Northlecche.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Nicholaus de Hudekenesse et hæredes mei quietum clamavimus abbati et conventui Gloucestriæ, siquid juris habuimus in illa virgata terræ quam Walterus Scirwald tenet in Northlecche, et in illa virgata terræ quam Emma vidua tenet in eadem villa. Et ne ego vel hæredes mei ab hac quieta clamatione possimus in posterum resilire, ego Nicholaus, in testimonium veritatis, præsentem cartam, sigillo meo impressam, prædictis abbati et conventui tradidi. Hiis testibus. Of the same.

DCCCLII. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus,[1] Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloverniæ, concessimus Waltero le Fremon de Northlecche unam virgatam terræ in Northlecche quam dominus Hamelinus, quondam abbas Gloverniæ, dederat Edwy Sortarde avo ejusdem Walteri; tenendam de nobis in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis, libere et quiete ab omni servitio, exceptis tribus bederipis quas idem Walterus et hæredes sui facient nobis singulis annis cum omnibus servientibus suis. Et idem Walterus et hæredes sui erunt supra servientes in singulis bederipis ad custodiendum eos. Prædictus etiam Walterus et hæredes sui arabunt nobis singulis annis unam acram quæ vocatur Gresecher cum omnibus bobus suis. Et pro prædicta virgata terræ dabunt nobis prædictus Walterus et hæredes sui, simul cum prædicto servitio, tres solidos annuatim ad quatuor terminos, scilicet ad festum Sancti Michaelis novem denarios, et ad festum Sancti Andreæ novem denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ novem denarios, et ad festum Sancti Johannis Baptistæ novem denarios. Prædictus vero Walterus et hæredes sui dabunt nobis rationabile auxilium quotiens cæteri liberi homines nostri auxilium nobis dederint.

In cujus rei testimonium præsens scriptum, etc. Of the same.

DCCCLIII. *De Novo Burgo.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes, filius Roberti Ode de Novo Burgo, dedi, concessi, quietum clamavi, et hac præsenti carta mea confirmavi, pro salute animæ A.D. 1263–1284. Of Newport.

[1] Either Henry Blont or Henry Foliet.

meæ, et antecessorum meorum, domino Reginaldo, abbati Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, in puram et perpetuam elemosinam, medietatem terræ quam Robertus Ode pater meus ab abbate et conventu Gloucestriæ quondam tenuit. Quam quidem terram tanquam hæreditatem mihi contingentem per assisam et secundum patriæ mcæ consuetudinem acquisivi, ita quod nec ego, nec aliquis hæredum vel assignatorum meorum, aliquid juris vel clamii de cætero in dicta terra vel ejus pertinentiis vendicare possimus in perpetuum. f. 214.

Et quia volo quod hæc mea donatio, concessio, quieta clamatio, et cartæ meæ confirmatio, perpetuæ firmitatis robur obtineat, etc.

DCCCLIV. *De quodam nativo.*

A.D. 1263–1284. Of a certain bondman.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Johannes de Monemuta miles, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, me spontanea voluntate mea concessisse, et pro me et hæredibus seu assignatis meis in perpetuum quiete clamasse domino R[eginaldo], abbati Gloucestriæ, et ejus successoribus, Johannem de Shireve, nativum meum, cum tota sequela sua, et omnibus catallis suis quantum ad me pertinet, vel in posterum quocunque modo vel jure pertinere poterit; ita quod ego et hæredes mei et assignati, præcise, penitus, et absolute, excludamur in perpetuum ab omni jure et juris clamio quod in eodem Johanne, sequela sua, et catallis suis ratione servilis conditionis seu alicujus servitutis habeo, seu quocunque modo habui, vel habere potui, seu de cætero habere potero. Et si contingat quod aliquis dictum Johannem ratione servilis conditionis exegerit, vel ea occasione vexaverit, ego Johannes de Monemuta, et hæredes mei, ipsum contra quoscunque indemnem conservabimus, et prænominato abbati et ejus successoribus warantizabimus.

In cujus rei, etc.

DCCCLV. *Nimdesfelde.*

Of Nimdesfelde.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptura pervenerit, G., miseratione divina Wygorniensis ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino sempiternam.

Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, quod nos, ad præsentationem dilectorum in Christo filiorum abbatis et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, Willelmum de Berneley

clericum, ad capellam de Nimdesfelde admisimus, et ipsum instituimus canonice rectorem in eadem, salvis memoratis abbati et conventui ac matrici ecclesiæ de Froucestria portionibus debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCLVI. *Overe, scilicet de molendino.*

Notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, quod cum esset controversia inter dominum Johannem abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ et Walterum de Muscegros dominum de Lassendone pro quibusdam molendinis quæ iidem abbas et conventus levaverunt in terra eorum propria ad portam vineæ suæ juxta Overe, super rivulum qui vocatur Ledene, dicta controversia sub amicabili compositione finem cepit in hunc modum; videlicet quod dictus Walterus, pro bono pacis, concessit, remisit, et quietum clamavit, dictis abbati et conventui Gloucestriæ, et eorum successoribus, pro se et hæredibus suis, totum clamium et totam calumniam quam clamavit versus eosdem occasione molendinorum constructorum ad nocumentum tenementi sui in Lassendone, ut dicebat, ita quod iidem abbas et conventus Gloucestriæ absque aliquo impedimento dicti Walteri vel hæredum suorum habeant in pace dicta molendina, et stagnum et exclusas ad eadem molendina spectantia, ejusdem altitudinis ut fuerunt die Ascensionis Domini anno regni regis Henrici filii regis Johannis tricesimo secundo, ita quod dictus Walterus et hæredes sui in nullo impedient abbatem et conventum Gloucestriæ, quominus bene et in pace molendinis suis utantur in perpetuum, pro suo libito et voluntate, cum prædictis stagno, exclusis, et omnibus aliis aysiamentis ad dicta molendina in posterum utiliter vel convenienter pertinentibus. Proviso tamen quod stagnum et exclusæ, quæ sunt, vel quæ fore continget, dictam altitudinem non excedant. Licebit autem dictis abbati et conventui et eorum successoribus tam stagnum quam exclusas dictorum molendinorum, prout sibi viderint expedire, roborare terra, lignis, lapidibus, et aliis ad hujusmodi roborationem valentibus, et quoscunque alios profectus suos de terra sua, et de dicto rivulo de Ledene, absque calumnia dicti Walteri vel hæredum suorum facere, ita quod stagnum et exclusæ eorum non altius leventur quam fuerunt die Ascensionis Domini anno prædicto. Pro hac clamii, et calumniæ, et cujuscunque impedimenti quieta clamatione, iidem abbas et conventus dederunt dicto Waltero et hæredibus suis totum illud pratum quod homines sui de Lassendone

Of Overe. f. 214 *b*

f. 215.

tenuerunt de hominibus servilis conditionis eorundem de Mayesmore; habendum et tenendum sibi et hæredibus suis, libere, et quiete, in dominico, de sæpedictis abbate et conventu et[1] eorum successoribus in perpetuum, salvo prato capellæ de Mayesmore quod ab antiquo nomine decimæ percipere consueverunt.

Ut autem hæc compositio, quieta clamatio, et cujuscunque calumniæ remissio, perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsens scriptum in modum cyrographi inter eos confectum est. Hiis testibus.

DCCCLVII. *Overe.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Boun de Overe dedi, et concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Galfrido de Westone et hæredibus suis, vel assignatis suis, totam terram meam, cum pertinentiis suis, in villa de Overe, scilicet totam illam terram cum pertinentiis suis quam Edanya la Sage aliquando tenuit in eadem villa de Overe; videlicet unum mesuagium, et tres acras terræ arabilis, et unam acram prati, cum omnibus pertinentiis suis; habenda et tenenda, tota vita mea, sine aliquo retinemento ad opus meum vel hæredum meorum.

Reddendo inde annuatim, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ duos solidos ad quatuor anni terminos, pro omnibus servitiis, sectis, et demandis; videlicet ad festum Beati Michaelis sex denarios, et ad festum Sancti Andreæ sex denarios, et ad Annunciationem Beatæ Mariæ sex denarios, at ad festum Nativitatis Baptistæ sex denarios. Ego vero Willelmus de Boun prædictam terram totam, cum pertinentiis suis, prædicto Galfrido et hæredibus suis, sive assignatis suis, quamdiu vixero, contra omnes homines[2] et fœminas warantizabo.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCLVIII. *Overe.*

Of the same.

Sciant[3] præsentes et futuri, quod ego Felicia de Overe, in ligia potestate mea, dedi et concessi, et hac mea præsente

[1] *et*] interlined in MS.

[2] *homines*] Part of this word is written upon an erasure.

[3] A repetition, with variations, of No. DCCXXXVII. (*ante*, p. 185).

carta confirmavi, Galfrido de Westone, unam acram terræ et dimidiam, cum suis pertinentiis, quas aliquando tenui de Philippo de Lilletone in manerio de Hynehamme, videlicet unam acram quæ jacet in campo de Rowworthyn infra terram quæ fuit Roberti filii Asketil, cum quadam particula prati, et cum salicibus eidem acræ adjacentibus, et dimidiam acram quæ jacet in campo del Holm inter terram quæ fuit Roberti Asketil et terram quæ fuit Walteri Gunny; tenenda et habend sibi et hæredibus suis sive assignatis suis, de me et hæredibus meis vel assignatis, libere, quiete, et integre.

Reddendo inde annuatim domino abbati et conventui Glou- f. 215 *b.*
cestriæ tres obolos argenti in vigilia Paschæ pro omnibus servitiis, sectis, consuetudinibus, et demandis, sicut ego eisdem reddere debui et consuevi. Ego vero prædicta Felicia, et hæredes vel assignati mei, prædicto Galfrido de Westone, et hæredibus vel assignatis suis, prædictam terram, cum[1] particula[2] prati, et suis pertinentiis, contra omnes homines et fœminas warantizabimus, et per prædictum redditum, in perpetuum defendemus.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCLIX. *Overe.*

Omnibus Christi fidelibus, Johannes filius Henrici de Kar- Of the same.
warpin, et Blandina uxor ejus, filia et hæres Galfridi de Westone, salutem in Domino.

Noveritis nos concessisse, pro nobis et hæredibus nostris, confirmasse, et quietam clamasse, domino Johanni, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totam terram nostram, cum omnibus pertinentiis suis, quam Galfridus de Westone quondam tenuit in Overe, cum omni jure quod in eadem habuimus; tenendam et habendam eisdem abbati et conventui, solute et integre, absque omni retinemento juris et clamii ad nos et hæredes nostros inde pertinentium. Pro hac autem concessione, donatione, confirmatione, et quieta clamantia, dederunt nobis prædicti[3] abbas et conventus decem marcas argenti, pro quibus nos et hæredes nostri totam præfatam terram, cum pertinentiis suis, prædictis abbati et conventui

[1] *pertin'* is inserted in the MS. before *particula*, but with the sign of erasure.

[2] *particula*] Originally written *praticula*, but subsequently altered.

[3] *prædicti*] The last letter of this word is written upon an erasure.

warantizare tenemur in perpetuum. Et ut omnia prædicta, sine reclamatione nostra vel hæredum nostrorum, perpetuæ firmitudinis robur obtineant, præsentem cartam sigillorum nostrorum munimine duximus corroborandam, etc.

DCCCLX. *Overe.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus de Boun de Overe dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Galfrido de Westone et hæredibus suis, vel assignatis suis, totam terram meam, cum pertinentiis suis, in villa de Overe, scilicet totam illam terram cum pertinentiis suis quam Edanya le Sage aliquando tenuit in eadem villa de Overe; videlicet unum mesuagium, et tres acras terræ arabilis, et unam acram prati, cum omnibus pertinentiis suis; habenda et tenenda, tota vita[1] mea, sine aliquo retenemento ad opus meum vel hæredum meorum.

Reddendo inde annuatim abbati Sancti Petri Gloucestriæ duos solidos ad quatuor anni terminos, pro omnibus servitiis, sectis, et demandis; videlicet ad festum Beati Michaelis sex denarios, et ad festum Sancti Andreæ sex denarios, et ad
f. 216. Annunciationem Beatæ Mariæ sex denarios, et ad festum Sancti Johannis Baptistæ sex denarios. Ego vero Henricus de Boun totam prædictam terram, cum pertinentiis suis, quamdiu vixero, contra omnes homines et fœminas warantizabo.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCLXI. *Overe.*

Of the same.

Omnibus[2] Christi fidelibus, Johannes filius Henrici de Karwarþin, et Blandina uxor ejus, filia et hæres G[alfridi] de Westone, salutem in Domino.

Noveritis nos concessisse, dedisse, et pro nobis et hæredibus nostris, confirmasse domino Johanni, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totam terram nostram, cum omnibus pertinentiis suis, quam Galfridus de Westone quondam tenuit in Overe, cum omni jure quod in eadem habuimus; tenendam et habendam eisdem abbati et conventui, solute et integre, absque omni retinemento juris et clamii ad nos et hæredes

[1] *sua* is inserted in the MS. before *mea*, but with the sign of erasure.

[2] A repetition, with variations, of No. DCCCLIX. (*ante*, p. 271).

nostros inde pertinentium. Pro hac autem concessione, donatione, confirmatione, et quieta clamantia, dederunt nobis prædicti abbas et conventus decem marcas argenti, pro quibus nos et hæredes nostri totam præfatam terram, cum pertinentiis suis, prædictis abbati et conventui warantizare tenemur in perpetuum. Et ut omnia prædicta, sine reclamatione nostra vel hæredum nostrorum, perpetuæ firmitudinis robur obtineant, præsentem cartam sigillorum nostrorum munimine duximus corroborandam, etc.

DCCCLXII. *Overe.*

A.D. 1253. Of the same.

Hæc est finalis concordia, facta in curia domini regis apud Westmonasterium, a die Sancti Hyllarii in quindecim dies, anno regni regis Henrici filii regis Johannis tricesimo septimo, coram Rogero de Turkeby, Alano de Wassand, Ægidio de Erdintone, et Willelmo Trussel, justiciariis, et aliis domini regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Johannem[1] abbatem de Gloecestria querentem, et Johannem de Kerwarthin et Blandinam uxorem ejus deforciantes, de uno mesuagio, quatuor acris terræ et dimidia, cum pertinentiis, in Overe; unde placitum conventionis summonitum fuit inter eos in eadem curia; scilicet quod prædicti Johannes et Blandina remiserunt, et quietum clamaverunt, de se et hæredibus ipsius Blandinæ, prædicto abbati et successoribus suis, et ecclesiæ de Gloucestria, totum jus et clamium quod habuerunt in prædictis mesuagio et terra, cum pertinentiis, in perpetuum. Et pro hac remissione, quieta clamantia, fine, et concordia, idem abbas dedit prædictis Johanni et Blandinæ quinque marcas argenti.

DCCCLXIII. *Overe.*

A.D. 1252–1263. Of the same. f. 216 *b.*

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Johannes,[1] Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod nos, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, concessimus et tradidimus Roberto le Wise burgensi Gloecestriæ, totam illam terram quam Alexander faber aliquando de nobis tenuit in villa de Overe, cum capitali mesuagio, scilicet quatuor acras terræ cum prato adjacente, et cum omnimodis aliis pertinentiis[2]

[1] John de Felda.

[2] *pertinentiis*] repeated in MS.

suis; tenendam et habendam totam prædictam terram de nobis et successoribus nostris, sibi et Agneti uxori suæ, quæ fuit filia Radulphi sellarii, et Roberto primogenito eorundem filio, libere, quiete, bene, et in pace, ad terminum vitæ eorum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duos solidos sterlingorum ad duos anni terminos; videlicet ad Annunciationem Beatæ Mariæ duodecim denarios, et ad festum Beati Michaelis duodecim denarios, pro omni servitio et sæcularibus actionibus et demandis ad nos pertinentibus; salvis nobis sequelis curiæ nostræ de Hynehamme bis in anno cum liberis hominibus nostris ab eisdem faciendis. Nos vero et successores nostri totam prædictam terram, cum mesuagio, et omnimodis aliis pertinentiis suis, prædictis Roberto et Agneti uxori suæ, et Roberto primogenito eorundem, contra omnes mortales warantizabimus, et defendemus, quamdiu vixerint. Pro hac autem concessione et traditione dedit nobis dictus Robertus le Wise sex marcas argenti præ manibus. Post decessum vero ipsorum tota terra prædicta, cum mesuagio, et omnibus aliis pertinentiis suis, ad nos libere revertetur.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo nostro munitam, dicto Roberto tradidimus, alteram vero partem, sigillo dicti Roberti roboratam, penes [nos] retinuimus, etc.

DCCCLXIV. *De protectione.*

A.D. 1148–1154. Of protection.

Stephanus,[1] rex Angliæ, omnibus justiciariis, et vicecomitibus, et baronibus, et ministris suis, et fidelibus suis, totius Angliæ, salutem.

Sciatis quod Hamelinus, abbas Gloucestriæ, et omnia sua sunt in meo salvo conductu, et in mea firma pace: quare volo et præcipio, quod ipse et omnia sua et omnes sui habeant salvum ire et stare et redire per totam pacem meam. Et nullus super hoc eum vel res suas injuste disturbet.

Testibus R. de Lucy et Ricardo de Canvilla apud Windesoram.

DCCCLXV. *Prestone.*

Of Preston. f. 217.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, dedimus et con-

[1] A repetition, with variations, of No. DXL. (*ante*, p. 70).

cessimus, et hac præsente carta nostra[1] confirmavimus, Galfrido filio Hugonis de Prestone, pro homagio et servitio suo, unam virgatam terræ cum pertinentiis suis in villa de Prestone, illam scilicet quam Hugo pater ejus tenuit; tenendam et habendam, de nobis, sibi et hæredibus suis, libere et quiete, pro quatuordecim solidis et duobus denariis et obolo ad duos anni terminos persolvendis; videlicet ad festum Sancti Michaelis septem solidis et tribus obolis, et ad Annunciationem Beatæ Mariæ septem solidis et uno denario; salvis nobis ab ipso et hæredibus suis, cum in fata decesserint, herieto et rationabili relevio singulorum sibi succedentium, et garda dictæ terræ. Idem vero juramentum nobis præstitit, etc. Et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram de Prestone et de Gloucestria sequentur.

In cujus rei, etc.

DCCCLXVI. *De prato.*

Of Lutlega.

Sciant[2] præsentes et futuri, quod ego Johannes clericus de Aldesworþe dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et Sancto Petro Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, totum pratum meum quod vocatur Lutlega, et pratum meum quod jacet inter pratum Aliciæ la Bonde versus orientalem partem et pratum Roberti piscatoris sub monte de Dunye versus occidentalem partem; tenenda et habenda de me et hæredibus meis in perpetuum, libere et quiete ab omni servitio et sæculari demanda. Ego vero Johannes et hæredes mei prædicta prata contra omnes homines et fœminas warantizabimus, et de omni servitio aquietabimus. Si vero aliquo casu emergente contigerit quod ego Johannes vel hæredes mei prædicta prata prædictis abbati et monachis warantizare non possumus, ego vel hæredes mei rationabile faciemus escambium de alio prato meo eis utiliori et propinquiori.

Quod quia ratum esse volo in perpetuum, præsens scriptum, sigilli mei impressione munitum, eis tradidi, et illud super altare Sancti Petri manibus meis obtuli. Hiis testibus.

[1] *nostra*] After this word there is a slight erasure in the MS.

[2] A repetition of No. CCCCLXVII. (*ante*, p. 29).

DCCCLXVII. *De ecclesia Beati Petri Herefordensis, et de Acle Pycharde.*

A.D. 1240–1268. Of Hereford and Acle Pychard. f. 217 *b.*

Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis vel audituris, Petrus,[1] miseratione divina Herefordensis ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod jura patronatus Beati Petri Herefordensis, et de Acle Pycharde vicariarum, quas qualitercunque contulimus, non ad nos vel ad ecclesiam nostram Herefordensem, sed ad abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ, spectare noscuntur.

In cujus rei testimonium, ut jus eorum in dictis vicariis per istam nostram confessionem satis clarum efficiatur in posterum, præsenti scripto sigillum nostrum una cum sigillo decani Herefordensis fecimus apponi.

Data, etc.

DCCCLXVIII. *Placita coronæ.*[2]

Pleas of the crown.

De veteribus placitis coronæ, quæ alias fuerunt coram justiciariis, et non fuerunt terminata.

De novis placitis coronæ, quæ postea emerserunt.

De illis qui sunt in misericordia domini regis, et non sunt amerciati.

De valletis et puellis qui sunt et esse debent in custodia domini regis, qui sunt, et quis illos habet, et per quem, et quantum terræ illorum valent.

De dominabus quæ sunt et esse debent de donatione domini regis, si sint maritatæ seu maritandæ, cui, et per quem, et quantum terræ illarum valent.

De ecclesiis quæ sunt et esse debent de donatione domini regis, quæ ecclesiæ illæ sint, et qui illas tenent, et per quem, et quantum valent per annum.

De eschaetis domini regis, quæ sint, et qui illas tenent, et quantum valent, tam de terris Normannorum quam de aliis, et siquæ teneantur sine waranto.

---

[1] Peter de Egeblanke or Egeblaunch.

[2] These, it will be seen upon examination, are almost identical with the articles to be inquired into by the justices itinerant at Lichfield in the year 1254, as printed in the Annals of Burton (ed. Luard, Chron. et Mem. p. 330). In the year 1255 justices itinerant were sent throughout the kingdom to make similar inquiries or inquisitions (*ibid.*, p. 337, where shorter articles for the Stafford justices are printed); we may therefore with tolerable certainty assign those in the text before us to the same period.

De serjantiis, quæ sunt, et qui illas tenent, et per quos et per quod servitium, et cujusmodi serjantiæ illæ sint, et quantum valent.

De purpresturis factis super dominum regem, sive in terra, sive in mari, sive in aqua, sive in libertatibus, sive extra, ubicunque sint.

De mensuris factis et juratis per regnum, si sint servatæ, sicut provisum fuit. Et si custodes mensurarum mercedem ceperunt de aliquo, ut possit per alias emere vel vendere; et hoc intelligatur de omnibus tam de ulnis et ponderibus quam de aliis. Et si assisa latitudinis pannorum servata sit, sicut provisum fuit. Et siquis vendiderit pannos contra assisam.

De vinis venditis contra assisam.

De thesauris inventis.

De vicecomitibus et aliis ballivis domini regis qui tenuerunt placita coronæ, et quæ placita.

De vicecomitibus et aliis ballivis domini regis qui convenire fecerunt wappentacia, hundreda, pro inquisitione facienda de morte hominis, et si ceperunt misericordias pro defalta.

De hutesio levato et non secuto.

De moneta et escambio domini regis, et siquis petierit monetam ad excambium sine domino vel ejus capitali justiciario.

De catallis Judæorum occisorum, et vadiis, et cartis, et debitis; quis ea habet. f. 218.

De usurariis Christianis mortuis, qui fuerunt, et qui catalla habuerunt.

De falsonariis et retonsoribus denariorum.

De burgatoribus et malefactoribus, et eorum receptoribus tempore pacis.

De fugitivis, et siquis redierit post fugam sine waranto domini regis.

De relegatis[1] et eorum catallis, et qui redierint sine waranto domini regis post fugam.

De hiis per quorum terras vel custodiam utlegati vel burgatores transierunt, et non fecerunt sectam post eos, sicut facere debuerunt.

De mercatis remotis ab uno die in alium diem sine licentia domini regis, nisi fuerit dies Dominica. Et quod mercatum levatum fuerit de novo sine præcepto domini regis.

De mercedibus captis pro blado et aliis dimittendis ne caperentur ad castra. Et similiter de prisis factis per vicecomites et alios ballivos domini regis contra voluntatem eorum quorum catalla fuerunt.

---

[1] *relegatis*] A part of this word is written upon an erasure in the MS.

De novis consuetudinibus levatis in regno, sive in terra, sive in mari, sive in aqua, quis eas levavit et ubi.

De defaltis, scilicet de hiis qui summoniti fuerunt esse primo die coram justiciariis, et non fuerunt.

De gaolis deliberatis sine waranto domini regis vel ejus capitalis justiciarii. Et similiter de hiis qui tenent placita de probatoribus sine waranto.

De malefactoribus in parcis, sive in vivariis, qui illi sunt.

De rapinis, et prisis factis extraneis, per quos hoc factum fuerit, et quando, et ubi, et in quibus rebus, et in cujus potestate.

De hiis qui non permittunt ballivos domini regis intrare in terras suas ad deforciones et summonitiones faciendas pro debito domini regis vel aliis rebus, sine speciali præcepto.

De evasione latronum.

De wrecko maris.

De ballivis qui receperunt denarios pro recognitoribus habendis de juratis et assisis.

De catallis Francorum, Flandrensium,[1] inimicorum domini regis, et aliorum extraneorum, quis illa habet.

De hiis qui tenent terras Normannorum, Britannorum, Flandrensium, et aliorum extraneorum, de quocunque feodo sint, et quo waranto eas tenent, sine domino rege, vel illis quibus dominus rex talia feoda non concessit conferenda.

De hiis qui subtraxerunt sectas curiarum et hundredorum, et auxilia vicecomitum, post guerram motam inter Johannem regem et barones suos.

De hiis qui tenent placita de namio vetito, sine waranto sufficienti, vel per dominum regem vel antecessores suos.

De vicecomitibus, et aliis ballivis domini regis, qui ceperunt
f. 218 *b.* redemptionem de valletis tenentibus integrum feodum militis, vel viginti libratas[2] terræ, ne milites fierent ad mandatum domini regis, cum vicecomites et alii ballivi præceptum domini regis inde habuerint speciale.

De valletis tenentibus integrum feodum militis, vel viginti libratas terræ, et plenæ ætatis existentibus, militibus[3] faciendis.

De vicecomitibus, et aliis ballivis domini regis, qui placita coronæ vel placita de namio vetito terminant in comitatu vel hundredo vel alibi per sacramentum duodecim, cum nullam inde habeant potestatem, sine speciali præcepto domini regis, et hoc per breve suum.

De excessibus vicecomitum, in libertate vel extra, si ali-

[1] *Flandrensium*] Frandrensium, MS.
[2] *libratas*] libratarum, MS.
[3] *militibus*] militis, MS.

quam litem foverint prætextu terræ, vel custodiæ[1] habendæ, vel denariorum perquirendorum, vel alicujus profectus, per quod justitia et veritas suffocetur.

De vicecomitibus et aliis ballivis domini regis scilicet ambisinistris, qui capiunt ex una parte et alia.

De wappentakiis hundredorum positis ad firmam, et aliis ballivis domini regis per vicecomites et alios ballivos domini regis, quantum singula eorum valent per annum, et quanto posita fuerunt ad firmam temporibus aliorum vicecomitum.

De prisis domini regis, sive in mari, sive in aqua dulci, sive in libertatibus spectantibus ad civitates suas vel burgos suos, vel aliis locis, quæ sunt, et quantum valent, et quis eos occupaverit, sive celaverit, sive suffocaverit.

De parvis ballivis qui faciunt cervisias quas quandoque vocant Shotales, quandoque Fulstales, ut extorqueant pecuniam a subditis eorum et a sequentibus hundredi.

De aliis ballivis qui cervisias non faciunt, garbas in autumno colligentibus et blada pauperum, et alia bona indebite distrahentibus.

De catallis extraneorum de potestate regis Franciæ existentium, captis cum dominus rex fuit in Gasconia, quo devenerunt et qui ea habuerunt.

De vicecomitibus et aliis ballivis domini regis qui ceperunt redemptionem de hiis qui debebant jurare ut arma haberent per præceptum domini W[alteri] Eboracensis archiepiscopi,[2] ut præceptum fuit in toto vel in parte, et sic inde quietos eos esse fecerunt.

De denariis captis pro defalta non venientium ad summonitionem vicecomitis, qui eos ceperit et quantum.

De hiis qui levaverunt warennam in terris sive in warenna.

De hiis qui piscantur cum kidellis et scarbellis.

De hiis qui ceperunt denarios ab illis qui rectati fuerunt de morte hominis, ut dimitterent eos per plegios cum non fuerint replegiati, sine præcepto domini regis.

De vicecomitibus et aliis ballivis domini regis qui impri- f. 219.
sonaverunt illos qui rectati fuerunt de latrocinio per indictamenta, et illos in prisona detinuerunt, quousque ab illis redemptionem ceperunt, cum per legem Angliæ nulla redemptione facta sint replegiandi.

De vicecomitibus et aliis ballivis domini regis qui bis vel pluries ceperunt denarios ab aliquo pro uno amerciamento, cum semel tantum fuerit amerciatus.

---

[1] *custodiæ*] The penultimate letter of this word is interlined in the MS.

[2] Walter Gray, who died May 1, 1255.

De hiis qui distrinxerunt aliquem ad pacandum plusquam amerciatus fuerit per [ ].[1]

De hiis qui manuceperunt aliquem habendi coram justiciariis primo die, et non habuerunt.

De hiis qui subtraxerunt brevia domini regis, et illa alteri parti vendiderunt, per quod dominus rex amisit quod ad ipsum pertinebat.

DCCCLXIX. *De prato quod dicitur Smalemede in Bromptone.*

Of Smalemede in Bromptone.

Omnibus[2] Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Galfridus de Bromptone, salutem in Domino.

Sciatis quod ego, spontanea voluntate mea, reddidi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, totam terram cum omnibus pertinentiis quam Robertus pater meus habuit per balliam Thomæ quondam abbatis Gloucestriæ; excepto prato quod jacet ad caput prati quod vocatur Smalemede; et totam terram illam cum omnibus pertinentiis, excepto prato illo, remisi et quietam clamavi illis et successoribus suis, de me et hæredibus meis, in perpetuum, sicut illam in qua nihil juris clamare potui. Et ne ego, vel hæredes mei, aliquid juris de cætero in terra illa clamare possimus, præsenti scripto sigillum meum apposui; ita quod si aliquam cartam haberemus, vel proferre inde vellemus, pro nullo habebitur. Hiis testibus.

DCCCLXX. *Radenham.*

Of Radenham.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Lucas de Clanefelde dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Willelmo filio meo, pro servitio suo et homagio, unam virgatam terræ in villa de Radeham, cum omnibus pertinentiis suis, [et] quoddam mesuagium quod Arnaldus aliquando tenuit in villa de Westradcham; habendam et tenendam sibi et hæredibus suis, de me et hæredibus meis, libere et quicte, bene et in pace.

Reddendo mihi inde per annum decem et octo denarios, cum duodecim denariis quos Robertus Rufus solebat reddere ad festum Sancti Michaelis pro omni servitio et consuetudine;
f. 219 *b.* salvo servitio domini regis. Et si forte humanitus de prædicto Willelmo contigerit quod non habeat hæredem de se ipso,

[1] Blank in MS.

[2] A repetition, with variations, of No. LX. (*ante*, vol. i. p. 181).

cedat terra prædicta, cum omnibus pertinentiis suis, duobus fratribus suis in hæreditatem, scilicet Roberto primogenito, et Waltero postgenito. Hanc terram, cum omnibus pertinentiis suis, debeo ego Lucas de Clanefelde et hæredes mei warantizare prædicto Willelmo et hæredibus suis contra omnes mortales.

Et ut hæc mea donatio et concessio firma sit et stabilis, hanc cartam præsentem sigilli mei appositione confirmavi. Hiis testibus.

DCCCLXXI. *Radenham.*

Of the same.

Sciant præscntes et futuri, quod ego Lucas de Clanefelde dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Roberto filio meo, pro servitio suo et homagio, unam virgatam terræ in villa de Radeham, et totum capitale mesuagium et unam partem bosci mei, scilicet per viam quæ se extendit versus Westradeham in australi parte bosci ex opposito capellæ; habendam et tenendam sibi et hæredibus suis, de me et hæredibus meis, libere, quiete, bene, et in pace.

Reddendo mihi inde per annum xviii. denarios, cum xii. denariis quos Robertus Rufus solebat reddere ad festum Sancti Michaelis, pro omni servitio et consuetudine, salvo servitio domini regis. Et si forte humanitus de prædicto Roberto contigerit sine hærede de seipso, descendat terra prædicta duobus suis fratribus in hæreditatem; scilicet Willelmo et Waltero. Hanc terram debeo ego Lucas de Clanefelde et hæredes mei warantizare prædicto Roberto et hæredibus suis contra omnes mortales.

Et ut hæc mea donatio [et] concessio firma sit et stabilis, hanc cartam præsentem sigilli mei appositione confirmavi. Hiis testibus.

DCCCLXXII. *Radenham.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Lucas de Clanefelde, pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum, dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloverniæ, et monachis ibidem Deo servientibus, unam hydam terræ in Radenham, cum pratis, et pascuis, boscis, et redditibus, et omnibus pertinentiis, sicut eam unquam liberius et melius tenui, sine aliquo retinemento ad opus meum vel hæredum meorum, cum tribus filiis Roberto, Willelmo, et Waltero, ad inveniendum eis in habitu religionis, sive in habitu sæculari necessaria, omnibus diebus vitæ eorum; illam scilicet hydam quam habui in escambium unius hydæ terræ

f. 220. hæreditatis meæ in þurclestone de Thoma de Cormalles domino meo; tenendam et habendam in puram elemosinam, libere et quiete, in perpetuum, ab omnibus servitiis, exactionibus, et sæcularibus demandis, mihi et hæredibus meis pertinentibus.

Reddendo inde annuatim Johanni de Cormalles domino meo, et hæredibus suis, quatuor solidos ad festum Sancti Michaelis pro omnibus servitiis, sicut ego et hæredes mei reddere solebamus et debebamus; et faciendo servitium regale eidem quantum pertinet ad illam hydam terræ; salva tamen una virgata terræ de prædicta hida quam dedi in liberum maritagium Willelmo Le Blund, cum Annora filia mea, et hæredibus ex eis venientibus; reddendo inde annuatim prædictis monachis Gloucestriæ unam libram piperis ad festum Sancti Michaelis, sicut mihi et hæredibus meis reddere solebant et debebant, et faciendo servitium regale eisdem monachis quantum pertinet ad illam virgatam terræ. Si vero contigerit Johannam filiam et hæredem Annoræ filiæ meæ sine hærede de carne sua mortis debitum solvere, illa virgata terræ quam dedi in maritagium cum Annora filia prædicta matre prædictæ Johannæ, ad prædictos monachos, cum omnibus pertinentiis suis, in puram, liberam, et perpetuam elemosinam, sine omni calumnia mei vel hæredum suorum, libere revertetur.

Et ut hæc mea donatio et concessio robur obtineat in perpetuum, præsentem cartam, etc.

DCCCLXXIII. *Radenham.*

Of the same. Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes de Cormailles concessi, et confirmavi, pro me et hæredibus meis, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, tres virgatas terræ de tenemento meo, cum omnibus pertinentiis earum in Radenham, quas Lucas de Clancfelde, cum Roberto, Willelmo, et Waltero, filiis suis, eisdem abbati et conventui in perpetuam elemosinam dedit; et unam libram piperis de illa virgata quam idem Lucas dedit Willelmo le Blund cum Annora filia sua in liberum maritagium; et duodecim denarios quos Robertus Rufus prædicto Lucæ et hæredibus suis annuatim reddere debebat, et etiam regale servitium de prædictis virgata terræ et Roberto Rufo; tenenda et habenda omnia prædicta, libere et quiete, in perpetuum; salvis mihi et hæredibus meis quatuor solidos annuatim ad festum Sancti Michaelis pro omnibus servitiis,

exactionibus, et sæcularibus demandis, quæ de terra exeunt, vel exire poterunt, excepto regali servitio.

Et ut mea concessio et confirmatio robur obtineat, in perpetuum, etc.

DCCCLXXIV. *Roedhale, scilicet de medietate molendini.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Willelmo de Reodhale seniori, medietatem molendini nostri de Reodhale, cum medietate terræ ad idem molendinum pertinente, et secta hominum nostrorum de Bromptone, et cum aliis pertinentiis suis; quod molendinum et quam quidem terram prædictus Willelmus integre de nobis aliquando tenuit; tenendum et habendum de nobis medietatem dicti molendini, cum medietate dictæ terræ et secta prædicta, cum suis pertinentiis, in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis; salvo nobis theloneo molituræ nostræ de manerio nostro de Bromptone. A.D. 1263–1284. Of Roedhale. f. 220 *b.*

Reddendo inde annuatim nobis viginti solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos, videlicet ad festum Sancti Andreæ quinque solidos, ad Annunciationem Beatæ Mariæ quinque solidos, ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ quinque solidos, et ad festum Sancti Michaelis quinque solidos. Idem vero Willelmus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis. Si autem in aliquo termino defecerit in solvendo, licebit nobis medietatem dicti molendini et terram prædictam in manus nostras capere, et tam diu retinere, quousque nobis plenarie satisfecerit. Juravit etiam, quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod medietatem dicti molendini seu terram prædictam neque vendet, neque escambiet, neque in vadimonium ponet, neque alicui in feodum et hæreditatem tradet, nec ad alium locum religionis transferet, sine assensu et voluntate nostra. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent. Et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram sequentur.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ signatam, prædicto Willelmo tradidimus, alteram vero partem, sigillo ipsius roboratam, penes nos retinuimus, etc.

DCCCLXXV. *Roedhale.*

A.D. 1263–1284. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Willelmo filio Willelmi de Roedhale, medietatem molendini nostri de Roedhale, cum medietate terræ ad idem molendinum pertinente, et secta hominum nostrorum de Bromptone, et cum aliis pertinentiis suis; quod molendinum et quam quidem terram Willelmus de Roedhale integre de nobis aliquando tenuit; tenendam et habendam de nobis medietatem dicti molendini, cum medietate dictæ terræ et secta prædicta, cum suis pertinentiis, in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis; salvo nobis theloneo molituræ nostræ de manerio nostro de Bromptone.

f. 221.

Reddendo inde nobis annuatim viginti solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos, videlicet ad festum Sancti Andreæ quinque solidos, ad Annunciationem Beatæ Mariæ quinque solidos, ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ quinque solidos, et ad festum Sancti Michaelis quinque solidos. Idem vero Willelmus juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis. Si autem aliquo termino defecerit in solvendo, licebit nobis medietatem dicti molendini et terram prædictam in manus nostras capere, et tam diu retinere, quousque nobis plenarie satisfecerit. Juravit etiam, quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod medietatem dicti molendini seu terram prædictam neque vendet, neque excambiet, neque alicui in feodum et hæreditatem tradet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu et voluntate nostra. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent. Et tam ipse quam hæredes sui curiam nostram sequentur.

In cujus rei, etc.

DCCCLXXVI. *De Rodeforde et de Magna Coura.*

A.D. 1240–1268. Of Rodeforde.

Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis vel audituris, Petrus,[1] divina miseratione Herefordensis ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod jura patronatus de Rodeforde et de Magna Coura ecclesiarum certis personis qualicunque auctoritate sive concilii sive papali a nobis collatarum

[1] Peter de Egeblanke or Egeblaunch.

non ad nos, vel ad ecclesiam nostram Herefordensem, sed ad abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ spectare noscuntur.

In cujus rei testimonium, ut jus ipsorum in dictis ecclesiis per collationes nostras turbatum satis clarum per istam nostram confessionem efficiatur in posterum, præsenti scripto sigillum nostrum una cum sigillo decani Herefordensis fecimus apponi.

Datum anno, etc.

DCCCLXXVII. *Stauntone.*

Notum[1] sit omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris, quod ego Rogerus de Stantone, consensu Hawenildæ uxoris meæ, et Willelmi filii et hæredis mei, concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, pro salute animæ meæ et animarum antecessorum meorum, in elemosinam, virgatam terræ quæ Duna dicitur, quam Robertus capellanus de me tenuit. Concessi etiam rusticum unum nomine Eadmundum, cum terra sua, et partem prati quod est juxta molendinum, ipso Roberto spontanea voluntate hoc petente et annuente. Præter hoc [hii] qui præfatam elemosinam tenuerint, pasturam et communitatem tam in bosco quam in plano habeant in illis quæ ad me pertinent cum meis hominibus qui libere tenent. Et ut hoc determinetur, sint oves sexaginta, boves octo, vaccæ quatuor, porci et capræ quantum voluerint. Illud quoque notum sit, quod Bernardus prior Gloucestriæ tradidit mihi duodecim marcas argenti hoc tenore, ut a me et ab hæredibus meis elemosina ista ab omni servitio et consuetudine et exactione in perpetuum libera sit et quieta.

Quod quia ratum et inconcussum esse volo, præsenti carta et sigilli mei impressione totum hoc confirmo. Hiis testibus. Of Stauntone.

DCCCLXXVIII. *Snedham.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes de Albiniaco dedi, concessi, et hac præsenti carta mea [confirmavi], domino Reginaldo, Dei gratia abbati Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus, unum mesuagium, cum curtillagio, et totam terram quam tenui de feodo dictorum A.D. 1263–1284. Of Snedham.

[1] A repetition, with variations, of No. DCXXVIII. (*ante*, p. 124).

abbatis et conventus, cum suis omnibus ubique pertinentiis; illam scilicet quam Willelmus filius Henrici quondam tenuit apud Snedham; habendam et tenendam dictis abbati et conventui et eorum successoribus, libere, quiete, pacifice, et integre, in perpetuum, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad prædictam terram pertinentibus; videlicet in bosco et plano, pratis et pascuis, in viis et semitis, hayciis, et omnibus aliis locis ad prædictam terram pertinentibus.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus seu assignatis meis dicti abbas et conventus, et eorum successores, viginti solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos; videlicet ad festum Sancti Andreæ quinque solidos, ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ quinque solidos, ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ quinque solidos, et ad festum Sancti Michaelis quinque solidos, pro omnibus servitiis, sectis, consuetudinibus, et sæcularibus demandis ad me vel ad hæredes
f. 222. inde pertinentibus. Et ego prædictus Johannes et hæredes mei, prænominatis abbati et conventui, totam præfatam terram, cum omnibus suis pertinentiis, contra omnes homines et fœminas in perpetuum warantizabimus, aquietabimus, et defendemus. Pro hac autem donatione, concessione, et cartæ meæ confirmatione, dederunt mihi memorati abbas et conventus viginti marcas sterlingorum.

Et quia volo quod hæc mea donatio, concessio, et cartæ confirmatio perpetuitatis robur obtineat, præsentem paginam, etc.

DCCCLXXIX. *Snedham.*

A.D. 1263–1284. Of the same. Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Philippo filio Philippi de Mattesdone, pro homagio et servitio suo, unum mesuagium cum curtillagio et tota terra quam tenuimus in Snedham ex dimissione Johannis de Albiniaco,[1] cum grava, prato, et omnibus pertinentiis suis, excepta illa parte terræ quam prædictus Johannes Willelmo de Ocholte dimisit; habendum et tenendum, de nobis et successoribus nostris, sibi et hæredibus suis, libere, quiete, bene, et in pace, in perpetuum; videlicet in bosco, plano, pratis, pascuis, viis, semitis, hayciis, et in omnibus locis ad dictam terram pertinentibus.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris viginti solidos sterlingorum ad quatuor anni terminos; videlicet ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ quinque solidos,

[1] In the margin here is inserted, in a later hand, *Ocholte, Mattesdone.*

ad festum Sancti Michaelis quinque solidos, ad festum Sancti Andreæ quinque solidos, et ad festum Annunciationis Dominicæ quinque solidos, pro omni servitio, excepto regali servitio; et salvis nobis et successoribus nostris secta curiæ, wardis, releviis, maritagiis, herietis, eschaetis, et omnibus aliis quæ ad nos vel successores nostros pertinere poterunt, vel accidere, in perpetuum. Idem vero, etc. Eandem securitatem, etc.

In cujus rei testimonium, etc. Hiis testibus.

DCCCLXXX. *Stanhuse.*

A.D. 1263–1284. Of Stanhuse.

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Reginaldus, Dei gratia abbas Sancti Petri Gloucestriæ, salutem in Domino.

Cum omnes homines manerii de Stanedys nativi nostri ad molendinum nostrum de Stanhuse jure tenerentur molere et ex consuetudine, nos eisdem gratiam facere volentes, tenore præsentis scripti concedimus, quod de cætero ad molendina nostra de Stanedis molere possint sine aliqua calumnia et contradictione. Et si contingat quod ad dicta molendina de Stanedisse aliquo casu rationabili impediti nequeant molere, volumus et concedimus, quod facto nobis ad molendina nostra prædicta quod juris fuerit et consuetudinis, molant ubi sibi melius viderint expedire. Pro hac autem gratia et concessione solvent in communi omnes tenentes dicti manerii nostri annuatim octo solidos argenti ad duos anni terminos; videlicet medietatem ad festum Annunciationis Dominicæ, et aliam medietatem in festo Sancti Michaelis. f. 222 *b*

In cujus rei, etc.

DCCCLXXXI. *Stokes, scilicet de assisa.*

A.D. 1221. Of Stokes.

Assisa venit recognitura quis advocatus tempore pacis præsentavit ultimam personam, quæ mortua est, ad ecclesiam de Stokes, quæ vacat, ut dicitur, cujus advocationem Gilbertus de Lacy clamat versus abbatem Gloucestriæ, qui venit per attornatum suum et dicit, quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia non vacat. Immo quidam Granto clericus est inde[1] persona ad præsentationem ipsius abbatis et conventus Gloucestriæ quindecim annis transactis et profert cartam Ægidii quæ hoc testatur. Et attornatus Gilberti hoc cognoscit. Et ideo abbas sine die, et Gilbertus in misericordia.

Acta sunt hæc apud Herefordiam coram justiciariis itinerantibus, anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo primo.

[1] *inde*] in, MS.

CENTRAL

DCCCLXXXII. *Stoke Lacy super assisa.*

Of Stoke Lacy.

Assisa venit recognitura quis advocatus tempore pacis præsentavit ultimam personam, quæ mortua est, ad ecclesiam de Stoke Lacy, quæ vacat, ut dicitur, et cujus advocationem abbas Sancti Petri Gloucestriæ [1] clamat versus Willelmum de Ebroycis et Henricum de Bello Fago. Et unde prædictus abbas dicit quod quidam Henricus, quondam abbas Gloucestriæ, prædecessor ipsius abbatis, tempore domini regis nunc, præsentavit quendam Ægidium clericum suum, qui ad præsentationem suam ad eandem fuit admissus, in eadem institutus, et ultimo obiit persona in eadem. Et Willelmus et Henricus non veniunt. Et Willelmus alias fecit defaltas, scilicet a die Paschæ in unum mensem, postquam habuit diem per essonium suum apud Gloucestriam, ita quod tunc consideratum fuit quod assisa caperetur versus eum pro defalta. Et prædictus Henricus alias se essoniavit de malo veniendi, scilicet a die Paschæ in quindecim dies apud Gloucestriam, et tunc habuit diem per essonium suum a die Paschæ in sex septimanis. Ideo consideratum est quod assisa caperetur versus eum per defaltam, etc.

DCCCLXXXIII. *Jurata de eodem.*

Of the same.

Jurati dicunt quod prædictus Henricus, prædecessor prædicti abbatis, præsentavit prædictum Ægidium clericum suum ad prædictam ecclesiam, qui ultimo obiit persona in eadem a vero patrono præsentatus. Et ideo consideratum est quod prædictus abbas recuperet præsentationem suam ad prædictam ecclesiam. Et habeat breve ad episcopum Herefordensem quod ad præsentationem suam, etc., ad eandem ecclesiam idoneam personam admittat, et Willelmus et Henricus in misericordia.

f. 223.

DCCCLXXXIV. *De eodem.*

Of the same.

Idem abbas obtulit se quarto die versus prædictum Henricum de placito quod permittat ipsum Henricum præsentare idoneam personam ad ecclesiam de Stoke Lacy, quæ vacat, et ad suam spectat præsentationem, donationem, etc. Et Henricus non venit et fuit querens. Inde prædictus abbas sine die, et Henricus et plegii sui de prosequendo in misericordia, scilicet Arnaldus Knyth et Rogerus Præpositus, etc.

[1] *Gloucestriæ*] Added in the margin.

DCCCLXXXV. *Littera episcopi de eodem.*

Universis Christi fidelibus, Thomas, miseratione divina epi- A.D. 1278, Sept. 26.
scopus Herefordensis, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra nos, ad præsentationem religiosorum virorum abbatis et conventus Gloucestriæ, admisisse Johannem de Sarum clericum ad ecclesiam de Stokelacy, quæ ad advocationem dictorum religiosorum dinoscitur pertinere. Of the same.

Datum apud Castrum episcopi, sexto kalendas Octobris, anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo octavo.

DCCCLXXXVI. *Alia assisa de eodem.*

Assisa venit recognitura quis advocatus tempore pacis præ- Of the same.
sentavit ultimam personam, quæ mortua est, ad ecclesiam de Stoke Lacy, quæ vacat, ut dicitur, etc., et cujus advocationem Ricardus de Beaufoukes clamat versus abbatem ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ. Et unde dicit quod quidam Ricardus avus suus ultimo præsentavit ad prædictam ecclesiam Symonem le Chapeleyn tempore pacis, tempore domini Henrici regis patris domini regis nunc qui ad præsentationem suam fuit admissus et institutus, et ultimo obiit persona in eadem a vero patrono præsentatus, per cujus mortem prædicta ecclesia modo vacat, etc.

DCCCLXXXVII. *De eodem.*

Et abbas per attornatum suum venit et dicit quod assisa Of the same.
non debet inde fieri. Dicit enim quod quidam prædecessor suus in curia domini regis Henrici, coram Gilberto de Prestone, et sociis suis, justiciariis nuper apud Gloucestriam anno regni regis Henrici quadragesimo quinto, arrainiavit consimile breve ultimæ præsentationis de eadem ecclesia versus quosdam Willelmum de Ebroycis et Henricum de Bello Fago[1] patrem prædicti Ricardi, cujus hæres ipse est, et[2] postea per eorum defaltam et eandem convictum est quod quidam Henricus ipsius abbatis prædecessor tanquam verus patronus ultimo præsentavit ad eandem quendam Ægidium clericum suum, qui ad præsentationem suam fuit admissus et institutus. Unde petit judicium si assisa super assisam debeat procedere. Et quod assisa prædicta processit coram præfatis justiciariis, ut f. 223 *b.*
prædictum est, ponit se super recordum rotulorum de anno prædicto. Ideo datus est dies in crastinum et interim quæ-

[1] *Fago*] Added in the margin. | [2] *et*] que, MS.

rantur rotuli. Postea compertum est per rotulos prædicti itineris, quod recognitum fuit per assisam prius captam quod prædictus abbas prædecessor prædicti abbatis[1] ultimo præsentavit ad prædictam ecclesiam prædictum Ægidium clericum suum, etc. Ideo consideratum est quod prædictus abbas recuperet præsentationem suam ad dictam ecclesiam, et prædictus Ricardus in misericordia. Et prædictus abbas habeat breve ad episcopum Herefordensem, quod non obstante, etc. ad præsentationem prædicti abbatis ad prædictam ecclesiam idoneam personam admittat, etc.

DCCCLXXXVIII. *Sondhurste, scilicet de homagio Hereberti le Buth, et terra et prato.*

A.D. 1263–1284. Of Sondhurste.

Sciant[2] præsentes et futuri, quod ego Radulphus de Wilintone dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, [Reginaldo] abbati, et monachis ibidem Deo servientibus, homagium et servitium Hereberti le Buth [et] hæredum suorum, cum wardis, releviis, herietis, et omnibus quibuscunque eschaetis et pertinentiis, quæ mihi vel hæredibus meis de prædicto Hereberto, hæredibus suis, vel tenemento suo aliquo modo accidere poterunt. Dedi etiam Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et prædictis abbati et monachis ibidem Deo servientibus, quatuor acras terræ cum pertinentiis in campo qui vocatur Abbodeshulle,[3] jacentes inter terram prædicti Hereberti et terram Roberti Suffin. Dedi etiam et concessi Deo, et ecclesiæ Beati Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, unam acram prati et dimidiam cum pertinentiis, quod jacet inter pratum dictorum abbatis et conventus et pratum Matildis La Paumere in villa de Sondhurste; habendum et tenendum dictis abbati et conventui et eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum, in extenta duarum marcarum et dimidiæ annui redditus quas prædicti abbas et conventus solebant et debebant recipere de camera Radulphi de Willintone patris mei et hæredum suorum in partem defectus sustentationis duorum sacerdotum celebrantium divina in capella Beatæ Mariæ pro animabus antecessorum suorum. Ego vero Radulphus et hæredes mei homagium

[1] *recuperet præsentationem suam ad dictam ecclesiam* is inserted in the MS. before *ultimo*, but with the sign of erasure.

[2] A repetition of No. DCCXLII. (*ante*, p. 189).

[3] *melius inquiratur* is inserted here in the margin.

et servitium prædicti Hereberti, una cum wardis, releviis, herietis, [et] omnibus quibuscunque aliis eschaetis et pertinentiis, prædictis abbati et conventui, et eorum successoribus, contra omnes mortales warantizabimus, aquietabimus, et defendemus in perpetuum. f. 224.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui, etc.

DCCCLXXXIX. *De theloneo.*

Stephanus,[1] rex Anglorum, justiciariis, et vicecomitibus, et baronibus, et ministris suis, Francis et Anglis, salutem. A.D. 1135–1154.

Præcipio quod tota pecunia Sancti Petri Gloucestriæ, et abbatis et monachorum, sit quieta[2] de theloneo, et omni consuetudine ubicunque venerit. Et defendo[3] quod non disturbetur injuste, super decem libras forisfacturæ meæ. Hiis testibus. Of toll.

DCCCXC. *De quatuor acris terræ et dimidia, et dimidia acra prati.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterus locarius, assensu et voluntate Aliciæ uxoris meæ, pro animabus patris et matris meæ, similiter pro animabus patris et matris ejusdem Aliciæ, et omnium antecessorum et parentum nostrorum, dedi et concessi Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloecestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, quatuor acras terræ et dimidiam, et dimidiam acram prati; illas scilicet quas Watius cocus de eisdem abbate et monachis tenuit, et renunciavi cartæ de prædictis quatuor acris et dimidia, et de dimidia acra prati quam habebam de dictis abbate et monachis, et propria manu posui eam super altare Sancti Petri, præsente Alicia uxore mea et hoc concedente. Of certain land.

Et quia volo quod hæc mea donatio firma sit et stabilis, eam præsenti scripto et appositione sigilli mei, necnon et sigillo prædictæ Aliciæ uxoris meæ confirmavi. Hiis testibus.

---

[1] A repetition of No. DCXLVI. (*ante*, p. 135).

[2] *quieta*] quietum, MS.

[3] *defendo*] A portion of this word is written upon an erasure.

DCCCXCI. *Upledene ad terminum vitæ duorum.*

A.D. 1263–1284. Of Upledene.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Willelmo de Acle filio [Willelmi] de Acle, unam dimidiam virgatam terræ in manerio nostro de Upledene, illam scilicet quam Walterus de la Hay de nobis tenuit; tenendam et habendam dictam terram sibi et Matildi uxori suæ, libere et quiete, bene et in pace, ad vitam illorum tantum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, ipse et Matilda uxor sua, si eum supervixerit, unam marcam argenti ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum Beati Michaelis tres solidos et quatuor denarios, ad festum Beati Andreæ tres solidos et quatuor denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ tres solidos [et] quatuor denarios, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ tres solidos et quatuor denarios, pro omni servitio et.

DCCCXCII. *De Standys, super quadam piscaria.*

A.D. 1245. Of Standish. f. 224 *b.*

Hæc est finalis concordia, facta in curia domini regis apud Westmonasterium, in octabis Sancti Hyllarii anno regni regis Henrici filii regis Johannis vicesimo nono, coram Henrico de Bathonia, Rogero de Turkeby, Roberto de Notingham, Jollano de Neofvile, et Gilberto de Prestone, justiciariis, et aliis domini regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Johannem de Freþorne querentem, et Johannem[2] abbatem de Gloucestria deforciantem, per Adam Marescallum positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de quadam piscaria in aqua de Sabrina. Unde idem Johannes questus fuit quod Henricus abbas Gloucestriæ, prædecessor ipsius abbatis, injuste levavit prædictam piscariam in prædicta aqua ex opposito de Pucheacre ad nocumentum liberi tenementi ipsius Johannis et hæredum suorum, ita quod idem abbas et successores sui habeant in prædicta aqua viginti puches sine contradictione ipsius Johannis et hæredum suorum, ita quod idem abbas et successores sui ibidem in prædicta aqua nullo alio modo poterunt piscari, nec plures puches habere in eodem loco, nec idem Johannes nec hæredes

[1] This is a partial repetition of No. CCCCIX. (*ante*, vol. i. p. 385). *Vacat hic* is written in the margin.

[2] John de Felda.

sui de cætero, aliquam communam piscationis poterunt clamare in prædicta aqua in prædicto loco in perpetuum. Et pro hac concessione, fine, et concordia, idem abbas dedit prædicto Johanni viginti marcas argenti.

DCCCXCIII.

Uvenath genuit Elsi Mattok. Iste primus levavit piscariam in Sabrina super terram suam quæ dicitur Pucheacre, et decimas inde provenientes dedit parochiali ecclesiæ suæ de Salle. Post eum Brithricus filius suus eandem piscariam tenuit toto tempore vitæ suæ. Post eum fuit Ricardus filius ejus. Iste versus finem vitæ suæ cœpit esse languidus, pro quo languore piscaria prædicta defecit, et mansio sua tota, tempore cujus Estmerus sororius ejusdem Ricardi, pater scilicet Willelmi de Framilade, petiit ab eo, ut pro jure affinitatis concederet ei dictam piscariam, quam pro paupertate sua sustinere non potuit, quod eidem concessit, ac dictus Estmerus eandem piscariam aliquantulum inferius levavit. Of the same.

Hæc est recognitio veridicorum virorum de piscaria quam elemosinarius Sancti Petri Gloucestriæ levavit in Sabrina.

DCCCXCIV. *De sturgione.*

Willelmus,[1] Dei gratia rex Anglorum, omnibus vicecomitibus et ministris suis, salutem. Of sturgeon

Sciatis me concessisse Serloni, abbati et monachis Sancti Petri de Gloucestria, ut ubicunque evenerit capi piscem sturgionem in piscaturis suis, sit eorum totus et integer.

Teste Willelmo de Rochele apud Huntindonam.

DCCCXCV. *Upledene.*

Sciant[2] præsentes et futuri, quod nos Reginaldus, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Willelmo de Acle filio Willelmi de Acle, unam dimidiam virgatam terræ in manerio nostro de Upledene; illam scilicet quam Walterus de la Hay de nobis tenuit; tenendam et habendam dictam terram sibi et Matildi uxori A.D. 1263–1284. Of Upledene. f. 225.

[1] William the Second, according to the calendar of donations (*ante*, vol. i. p. 115).

[2] A repetition, with variations, of No. CCCCIX. (*ante*, vol. i. p. 385). Vide also No. DCCCXCI. (*ante*, p. 292).

suæ, libere, quiete, bene, et in pace, ad vitam illorum tantum.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, ipse et Matilda uxor sua,[1] si eum supervixerit, unam marcam argenti ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum Beati Michaelis tres solidos et quatuor denarios, ad festum Beati Andreæ tres solidos [et] quatuor denarios, ad Annunciationem Beatæ Mariæ tres solidos et quatuor denarios, et ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ tres solidos et quatuor denarios, pro omni servitio et sæculari demanda ad nos inde pertinente; salva nobis inde secta curiæ nostræ de Upledene, una cum aliis liberis hominibus nostris. Iidem vero Willelmus et Matilda juramentum nobis præstiterunt, quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquirent, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam [terram] neque vendent, neque excambient, neque in vadimonium ponent, nec alicui in feodum et hæreditatem tradent, sine assensu et voluntate nostra. Post decessum autem dictorum Willelmi et Matildis, prædicta terra, cum omni melioratione superposita, ad nos plenarie revertetur. Pro hac autem concessione et traditione nostra dederunt nobis prædicti Willelmus et Matilda præ manibus centum solidos sterlingorum.

In quorum omnium robur et testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confectum est inter nos,[2] cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ munitam, prædictis Willelmo et Matildi tradidimus, alteram vero partem, sigillo suo roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

DCCCXCVI. *Waddona.*

A.D. 1158–1160. Of Waddon.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normanniæ, et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, A[luredo], episcopo Wygorniensi, et justiciariis, et vicecomitibus, et ministris suis de Gloucestresira, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse monachis Gloucestriæ unam virgatam terræ sexaginta quatuor acrarum in Waddone, quam Rogerus parvus, assensu Rogeri comitis Herefordiæ domini sui, eisdem monachis dedit, et carta sua et carta Rogeri comitis confirmari fecit. Quare præcipio ut iidem monachi eandem terram cum uno villano libere et quiete in perpetuum teneant et habeant, etc.

---

[1] *ipse et Matilda uxor sua*] ipsi et Matildi uxori suæ, MS.

[2] *confectum est* is inserted in the MS. before *cujus*, but with the sign of erasure.

DCCCXCVII. *Uptone.*

Sciant præsentes et futuri, quod nos R[eginaldus], Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus et tradidimus Johanni de Kerwardyn et Matildi de Kynemeresforde uxori suæ, totam terram nostram cum pertinentiis suis quam Galfridus le Blund aliquando de nobis tenuit in villenagio in villa de Uptone; habendam et tenendam prædictam terram cum omnibus pertinentiis suis prædictis Johanni et Matildi, ad vitam illorum tantum. A.D. 1263–1284. Of Upton.

Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris quindecim solidos ad duos anni terminos; scilicet ad Annunciationem Beatæ Mariæ septem solidos et sex denarios, et ad festum Sancti Michaelis septem solidos et sex denarios, pro omni servitio et sæculari demanda ad nos inde pertinente; salva nobis secta curiæ de Berthona nostra bis in anno cum aliis hominibus nostris. Pro hac autem concessione et traditione nostra dederunt nobis dicti Johannes et Matilda duodecim marcas sterlingorum præ manibus. Iidem vero Johannes et Matilda juramentum nobis præstiterunt, quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de reddendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquirent, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendent, neque excambient, neque alicui in vadimonium ponent, neque ad alium locum religionis transferent, sine assensu et voluntate nostra. Post decessum vero dictorum Johannis et Matildis tota prædicta terra, cum ædificiis, et omni melioratione superposita, absque omni contradictione, ad nos plenarie revertetur.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum, etc.

DCCCXCVIII. *De eodem.*

Sciant præsentes et futuri quod ego Henricus pereford dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, domino Johanni, abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ, totam terram meam de Uptone quæ jacet desuper mesuagium Roberti filii Osmundi; illam scilicet quæ vocatur Brademede quam mihi dedit et carta sua confirmavit Sibilla de la Grave filia Osberti Keys, in ligia viduitate et potestate sua; habendam et tenendam sibi et successoribus suis, libere, quiete, bene, et in pace, cum omnibus pertinentiis suis, in perpetuum. Of the same.

Reddendo inde annuatim dictæ Sibillæ et hæredibus vel assignatis suis unum par cyrothecarum ad Pascha, et Willelmo filio Philippi de Ocholte et hæredibus suis, vel suis assignatis, quatuor denarios ad eundem terminum, pro omnibus servitiis, f. 226. sectis, et querelis, consuetudinibus, et demandis. Et ego prædictus Henricus præfatam terram dictis abbati et conventui contra omnes gentes warantizabo.

In cujus rei testimonium, etc.

DCCCXCIX. *Uptone, quieta clamantia.*

A.D. 1263–1284. Of the same. Sciant præsentes et futuri, quod ego Sibilla quæ fui uxor Willelmi Cruste, in propria et ligia viduitate et potestate mea, remisi et quietum clamavi, pro me et hæredibus meis in perpetuum, domino Reginaldo, abbati Sancti Petri Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, totum meum jus et clamium quod habui vel habere potui in novem denariis de annuo redditu quos de dicto domino abbate et conventu percipere solebam de quodam tenemento quod de me aliquando tenuerunt in villa de Uptone; ita scilicet quod ego nec hæredes mei aliquo tempore aliquid juris vel clamii in dictis novem denariis clamare possimus, etc.

DCCCC. *Wodeleya.*

Of Wodeleya. Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Duna, assensu et voluntate hæredum meorum, vendidi quandam terram meam in Wodeleya, pro viginti quatuor solidis, Rogero tunc servienti abbatis de Churchehamme; scilicet duodecim seillones qui protenduntur in longitudine a via regali versus Sabrinam usque ad terram Rogeri Penic, et tenebit prædictam terram de me et hæredibus meis, ille et hæredes sui, libere et quiete, pacifice et integre.

Reddendo inde annuatim duos denarios ad festum Sancti Michaelis, pro omni servitio et omni exactione, salvo regali servitio quod ad tantum tenementum pertinet. Et ego[1] prædictus Willelmus et hæredes mei prædicto Rogero et hæredibus suis prædictam terram contra omnes homines et fœminas warantizabimus.

Quod ut firmum et stabile, etc.

---

[1] *et* is inserted in the MS. before *prædictus*, but with the sign of erasure.

DCCCCI. *Wichium, de dimidia hyda cum salina.*

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Koke- A.D. 1263
sheie dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, –1284.
domino Reginaldo, permissione divina abbati Sancti Petri Of Wick.
Gloucestriæ, et ejusdem loci conventui, omnes terras, salinas, et tenementa mea quæ habui in Wichio et Wittone Sanctæ Mariæ de feodo eorundem abbatis et conventus de Willelmo filio Ricardi [filii] Odonis; habendas et tenendas totas prædictas terras, tenementa, et salinas, cum homagiis, wardis, releviis, eschaetis, redditibus, herietis, et omnibus aliis pertinentiis suis quibuscunque, dictis abbati et conventui et eorum successoribus, de me et hæredibus meis, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, in perpetuum.

Reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis, dicti
abbas et conventus et eorum successores, unam rosam ad f. 226 *b.*
festum Beati Johannis Baptistæ pro omnibus servitiis, exactionibus, sectis, et quibuscunque aliis demandis ad me vel ad hæredes meos inde pertinentibus. Ego vero et hæredes mei vel assignati totas prædictas terras, et tenementa, et salinas, cum omnibus pertinentiis prædictis, [dictis] abbati et conventui et eorum successoribus contra omnes gentes, Judæos et Christianos, warantizabimus, aquietabimus, et defendemus, in perpetuum.

Et quia volo et concedo, quod hæc mea donatio, concessio, et cartæ meæ confirmatio, perpetuitatis robur obtineant, hanc præsentem cartam meam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

DCCCCII. *De eodem.*

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum perve- Of the
nerit, Willelmus de Cokesheye, salutem in Domino sempi- same.
ternam.

Cum quasdam terras, salinas, et tenementa, cum suis pertinentiis in Wychio et Wyttone Beatæ Mariæ, ex dimissione Willelmi filii Ricardi filii Odonis de feodo religiosorum virorum abbatis et conventus Sancti Petri Gloucestriæ mihi et hæredibus meis vel assignatis tenerem, pro quibus terris, salinis, et tenementis, dictis abbati et conventui in decem solidis sterlingorum et novies viginti mittis salis in perpetuum[2] quietum clamasse eisdem abbati et conventui et eorum successoribus totum jus

[1] A repetition with variations of No. DCLXXI. (*ante*, p. 149).

[2] Query, some omission here.

et clamium juris quæ habui, sive quocunque jure vel juris clamio habere potui, in dictis terris, salinis, et tenementis, homagiis, wardis, releviis, eschaetis, redditibus, herietis, et omnibus aliis pertinentiis suis quibuscunque; ita quod nec ego, vel hæredes mei, sive assignati, in dictis terris, salinis, et tenementis, aliquid juris exigere, vel in posterum vendicare poterimus, sed quod ab omni jure et totius juris clamio in eisdem terris, salinis, et tenementis cum pertinentiis prædictis præcise et totaliter excludamur in perpetuum. Et si contingat dictos abbatem et conventum vel eorum successores, pro debito domini regis vel cujusque alterius, Judæi sive Christiani, causa mei vel nomine de dictis terris, salinis, et tenementis ex acto vexari, vel quocunque alio modo molestari, volo et concedo, quod ego et hæredes mei vel assignati dictos abbatem et conventum et eorum successores versus omnes et singulos Judæos et Christianos de omnibus debitis, exactis, sive exigendis, teneamur defendere, et aquietare.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, etc.

DCCCCIII. *De Welhope, duæ cartæ.*

Of Welhope. f. 227.

Hæc est conventio facta inter viros religiosos abbatem et conventum Sancti Petri Gloucestriæ ex parte una, et priorem et conventum Sanctæ Trinitatis de Motesfond ex altera; videlicet quod præfati abbas et conventus Gloucestriæ concesserunt, et in perpetuam feodi firmam tradiderunt, præfatis priori et conventui de Motesfond, et eorum successoribus, totam terram suam quam habuerunt apud Welhope, et etiam omnes homines cum eorum sequelis dictam terram tenentes, secundum hoc quod eos habuerunt et tenuerunt, seu quod eosdem habuisse de jure et tenuisse debuerunt; habendam et tenendam præfatis priori et conventui de Motesfond et eorum successoribus, de abbate et conventu Sancti Petri Gloucestriæ et eorum successoribus, libere, quiete, bene, et in pace, in perpetuum.

Reddendo inde annuatim præfati prior et conventus de Motesfond et eorum successores, prænominatis abbati et conventui Sancti Petri Gloucestriæ et eorum successoribus, vel eorum certo attornato, apud Lutletone, in die Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, sex marcas sterlingorum pro omni servitio, secta curiæ, et sæculari demanda, ad prædictos abbatem et conventum Gloucestriæ pertinentibus; ita tamen quod prædicti abbas et conventus Gloucestriæ seu eorum successores nihil aliud de cætero in perpetuum de dicta terra, sive de

dictam terram tenentibus, possint exigere, vel vendicare, nisi tantummodo sex marcas annuatim sterlingorum, sicut prædictum est. Præterea aquietabunt memorati prior et conventus et eorum successores abbatem et conventum Gloucestriæ et eorundem successores, versus dominum annuatim de uno esperverio, et facient domino regi et aliis omnibus omnia servitia de dicto tenemento debita et consueta in perpetuum. Et si prædicti prior et conventus et eorum successores præfatis abbati et conventui et eorum successoribus seu eorundem attornato loco et termino prænominatis, de dicto redditu plenarie non satisfecerint, quotiens hoc contigerit, extunc certa conventione hinc inde facta, liceat memoratis abbati et conventui et eorum successoribus seu eorum attornato prædictos priorem et conventum et eorum successores apud Welhope per qualescunque voluerint, seu sibi viderint expedire, districtiones sine contradictione distringere, et districtiones usque ad manerium suum de Lutletone pacifice fugare, et tam diu ibidem retinere, quousque tam de omnibus arreragiis prædicti redditus quam de damnis occasione insoluti redditus eisdem illatis, plenarie fuerit satisfactum. Dicti autem abbas et conventus Gloucestriæ et eorum successores, totam præfa- f. 227 *b*.
tam terram, cum omnibus pertinentiis suis, prædictis priori et conventui de Motesfond, et eorum successoribus, contra omnes mortales adeo libere, quiete, et pacifice, de eisdem tenendam warantizabunt, sicut eadem unquam de jure tenuerunt seu tenere possent in perpetuum.

In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi confectum est, cujus unam partem, sigillo prædictorum abbatis et conventus Gloucestriæ munitam, memorati prior et conventus sibi reservaverunt, alteram vero partem, sigillo dictorum prioris et conventus de Motesfond roboratam, sæpedictus abbas et conventus Gloucestriæ sibi retinuerunt, etc.

DCCCCIV. *Welhope.*

Universis Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis vel Of the same.
audituris, frater Henricus, prior Sanctæ Trinitatis de Motisfond, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Vestra noverit universitas, quod si contingat Henricum de Regate, quondam tenentem virorum religiosorum abbatis et conventus Sancti Petri Gloucestriæ apud Welhope, hæredes suos vel assignatos, seu quoscunque alios, Judæos vel Christianos, ad quos terra de Welhope in toto vel in parte nomine dicti Henrici vel hæredum suorum seu assignatorum ex quo-

cunque jure vel causa debiti eorundem devenit vel devenisse debuerat, nos vel successores nostros, seu dictos abbatem et conventum et eorum successores, de dicta terra vel ejus parte implacitare, vel eandem, vel ejus partem, sive quodcunque debitum recuperare, volumus et concedimus, quod dicti abbas et conventus, vel eorum successores, ad nullam debiti de dicta terra nomine dictorum exacti vel exigendi teneantur solutionem nec ejus defensionem. Et quod prædicti abbas et conventus, vel eorum successores, dictam terram vel ejus partem nobis vel successoribus nostris versus prædictos warantizare non tenentur.

In cujus rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apposuimus.

DCCCCV. *Welforde.*

Of Welforde.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Paganus de Cadurcis, pro salute animæ Adæ filii mei, et animæ meæ, et Gundredæ uxoris meæ, et hæredum meorum, dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, in puram et perpetuam elemosinam, ecclesiæ Beati Petri Gloecestriæ, et monachis ibidem Deo servientibus, quinque solidos annui redditus apud Welforde singulis annis percipiendos de terra molendini superioris die Annunciationis Beatæ Mariæ per manum illius quicunque dictam terram tenuerit. Et si forte contigerit
f. 228. quod ipse qui dictam terram tenuerit dictum redditum ad dictum diem non solverit, ego et hæredes mei tenemur illum distringere ad dictum redditum dictis monachis persolvendum infra octo dies proximo sequentes, vel ego et hæredes mei tenemur dictum redditum dictis monachis ad prædictum terminum sine contradictione persolvere.

Et ut hæc mea donatio et confirmatio rata et inconcussa permaneat, præsens scriptum sigilli mei munimine roboravi, etc.

DCCCCVI. *Welforde.*

Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Thomas, Dei gratia abbas et conventus Sancti Petri Gloucestriæ, concessimus Ysabellæ filiæ Matildis de Dunefelde, illam virgatam terræ in Welforde quam Radulfus le Fraunceys et Margareta uxor ejus de nobis tenuerunt; tenendam et habendam de nobis, in feodo et hæreditate, sibi et hæredibus suis, libere et quiete cum omnibus pertinentiis earum; salvo nobis uno loco in

capitali mansione ubi horreum nostrum situm est; qui locus, per visum legalium virorum mensuratus, habet in fronte horrei versus aquilonem septem virgatas ulnarias cum pollice interposito, tribus pollicibus minus; in alio autem fronte versus austrum habet viginti et unam virgam ulnariam, cum pollice interposito, et unum quarterium; in latitudine vero quadraginta duas virgas ulnarias cum pollice interposito, tribus pollicibus minus; in longitudine sexaginta virgas ulnarias, cum pollice interposito.

Reddendo nobis annuatim quadraginta tres denarios ad duos terminos anni; scilicet ad Nativitatem Domini viginti denarios et tres obolos, et ad Pascha viginti denarios et tres obolos, pro omnibus servitiis; salvo nobis rationabili auxilio ad talliagium domini regis quantum ad tantam terram pertinet, si aliquid in domo nostra emerserit. Prædicta vero Ysabella juramentum nobis præstitit, quod fidelis erit ecclesiæ nostræ de solvendo redditu nostro plenarie statutis terminis, et quod nec artem nec ingenium exquiret, unde domus nostra per tenuram suam damnum incurrat, et quod prædictam terram neque vendet, neque excambiet, neque in vadimonium ponet, neque ad alium locum religionis transferet, sine assensu nostro. Eandem securitatem facient nobis hæredes sui, cum singuli sibi succedent.

In cujus rei testimonium præsens scriptum, sigillo ecclesiæ nostræ munitum, etc.[1]

DCCCCVII. *De venationis decima.*

Henricus,[2] rex Angliæ, omnibus forestariis, venatoribus, et archariis, qui sunt ex ista parte Saverniæ et de Dena, salutem. A.D. 1100–1135. Of tithe of venison. f. 228 *b*.

Sciatis me concessisse Deo, et Sancto Petro de Gloucestria, omnem decimam totius venationis meæ quæ capta erit in forestis ejusdem provinciæ.

Teste Roberto filio Hamonis, per Reginaldum de Berchelayo, apud Niweham.

---

[1] After this instrument the MS. gives the commencement of two charters, against both of which *vacat* is written in the margin. The fragments run thus:—

Welforde. Sciant præsentes et futuri, quod ego Paganus de Cadurcis, pro salute animæ meæ et Adæ filii mei et Goderich' uxoris meæ.

De warenna. Henricus rex Angliæ, Waltero vicecomiti Gloucestriæ et omnibus baronibus, Francis et Anglis, de Gloucestria, salutem. Sciatis.

[2] A repetition with variations of No. DCCXX. (*ante*, p. 177).

DCCCCVIII. *þendercumbe, de dono Elycæ de Croneham.*

Of Yendercumbe.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Elyas de Crofte de Croneham dedi, concessi, et hac præsente carta mea confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Petri Gloucestriæ, et monachis ibidem servientibus, unam acram terræ meæ; illam scilicet quam emi de fratribus Hospitalis Beatæ Mariæ extra Gloucestriam quæ jacet apud þendercumbe ad caput de Goldfurlong, quæ quidem acra vocatur Hevedacre; tenendam et habendam dictam acram, cum suis pertinentiis, sibi et successoribus suis, de me et hæredibus meis, libere et quiete, bene et in pace, in puram et perpetuam elemosinam.

Reddendo inde annuatim prædictis fratribus et eorum successoribus quatuor denarios ad festum Beatæ Margaretæ, sicut ego reddere solebam, pro omni servitio sæculari, exactione, et demanda.

In cujus rei testimonium præsentem cartam, una cum carta feoffamenti mei, sigillo meo roboratam, prædictis monachis contradidi. Hiis testibus.

END OF VOL. II.

LONDON:
Printed by GEORGE E. EYRE and WILLIAM SPOTTISWOODE,
Printers to the Queen's most Excellent Majesty.
For Her Majesty's Stationery Office.
[1326.—1000.—5/65.]

LIST OF WORKS

PUBLISHED

By the late Record and State Paper Commissioners, or under the Direction of the Right Honourable the Master of the Rolls, which may be purchased of Messrs. Longman and Co., London; Messrs. J. H. and J. Parker, Oxford and London; Messrs. Macmillan and Co., Cambridge and London; Messrs. A. and C. Black, Edinburgh; and Mr. A. Thom, Dublin.

PUBLIC RECORDS AND STATE PAPERS.

Rotulorum Originalium in Curiâ Scaccarii Abbreviatio. Henry III.—Edward III. *Edited by* Henry Playford, Esq. 2 vols. folio (1805—1810). *Price* 25*s.* boards, or 12*s.* 6*d.* each.

Calendarium Inquisitionum post Mortem sive Escaetarum. Henry III.—Richard III. *Edited by* John Caley and John Bayley, Esqrs. Vols. 2, 3, and 4, folio (1806—1808; 1821—1828), boards: vols. 2 and 3, *price* 21*s.* each; vol. 4, *price* 24*s.*

Librorum Manuscriptorum Bibliothecæ Harleianæ Catalogus. Vol. 4. *Edited by* the Rev. T. Hartwell Horne. Folio (1812), boards. *Price* 18*s.*

Abbreviatio Placitorum, Richard I.—Edward II. *Edited by* the Right Hon. George Rose and W. Illingworth, Esq. 1 vol. folio (1811), boards. *Price* 18*s.*

Libri Censualis vocati Domesday-Book, Indices. *Edited by* Sir Henry Ellis. Folio (1816), boards (Domesday-Book, vol. 3). *Price* 21*s.*

Libri Censualis vocati Domesday-Book. Additamenta ex Codic. Antiquiss. *Edited by* Sir Henry Ellis. Folio (1816), boards (Domesday-Book, vol. 4). *Price* 21*s.*

STATUTES OF THE REALM, large folio. *Edited by* Sir T. E. TOMLINS, JOHN RAITHBY, JOHN CALEY, and WM. ELLIOTT, Esqrs. Vols. 4 (in 2 parts), 7, 8, 9, 10, and 11, including 2 vols. of Indices (1819—1828). *Price* 31*s.* 6*d.* each; except the Alphabetical and Chronological Indices, *price* 30*s.* each.

VALOR ECCLESIASTICUS, temp. Henry VIII., Auctoritate Regia institutus. *Edited by* JOHN CALEY, Esq., and the Rev. JOSEPH HUNTER. Vols. 3 to 6, folio (1810, &c.), boards. *Price* 25*s.* each.

*** The Introduction is also published in 8vo., cloth. *Price* 2*s.* 6*d.*

ROTULI SCOTIÆ IN TURRI LONDINENSI ET IN DOMO CAPITULARI WESTMONASTERIENSI ASSERVATI. 19 Edward I.—Henry VIII. *Edited by* DAVID MACPHERSON, JOHN CALEY, and W. ILLINGWORTH, Esqrs., and the Rev. T. HARTWELL HORNE. 2 vols. folio (1814—1819), boards. *Price* 42*s.*

"FŒDERA, CONVENTIONES, LITTERÆ," &c.; or, Rymer's Fœdera, New Edition, 1066—1377. Vol. 2, Part 2, and Vol. 3, Parts 1 and 2, folio (1821—1830). *Edited by* JOHN CALEY and FRED. HOLBROOKE, Esqrs. *Price* 21*s.* each Part.

DUCATUS LANCASTRIÆ CALENDARIUM INQUISITIONUM POST MORTEM, &c. Part 3, Calendar to the Pleadings, &c., Henry VII.—Ph. and Mary; and Calendar to the Pleadings, 1—13 Elizabeth. Part 4, Calendar to the Pleadings to end of Elizabeth. (1827—1834.) *Edited by* R. J. HARPER, JOHN CALEY, and WM. MINCHIN, Esqrs. Folio, boards, Part 3 (or Vol. 2), *price* 31*s.* 6*d.*; and Part 4 (or Vol. 3), *price* 21*s.*

CALENDARS OF THE PROCEEDINGS IN CHANCERY, IN THE REIGN OF QUEEN ELIZABETH; to which are prefixed, Examples of earlier Proceedings in that Court from Richard II. to Elizabeth, from the Originals in the Tower. *Edited by* JOHN BAYLEY, Esq. Vols. 2 and 3 (1830—1832), folio, boards, *price* 21*s.* each.

PARLIAMENTARY WRITS AND WRITS OF MILITARY SUMMONS, together with the Records and Muniments relating to the Suit and Service due and performed to the King's High Court of Parliament and the Councils of the Realm. Edward I., II. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. (1830—1834.) Folio, boards, Vol. 2, Division 1, Edward II., *price* 21*s.*; Vol. 2, Division 2, *price* 21*s.*; Vol. 2, Division 3, *price* 42*s.*

ROTULI LITTERARUM CLAUSARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 2 vols. folio (1833—1844). The first volume, 1204—1224. The second volume, 1224—1227. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. *Price* 81*s.*, cloth; or separately, Vol. 1, *price* 63*s.*; Vol. 2, *price* 18*s.*

PROCEEDINGS AND ORDINANCES OF THE PRIVY COUNCIL OF ENGLAND. 10 Richard II.—33 Henry VIII. *Edited by* Sir N. HARRIS NICOLAS. 7 vols. royal 8vo. (1834—1837), cloth. *Price* 98*s.*; or separately, 14*s.* each.

ROTULI LITTERARUM PATENTIUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 1201—1216. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. folio (1835), cloth. *Price* 31*s.* 6*d.*

*** The Introduction is also published in 8vo., cloth. *Price* 9*s.*

ROTULI CURIÆ REGIS. Rolls and Records of the Court held before the King's Justiciars or Justices. 6 Richard I.—1 John. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 2 vols. royal 8vo. (1835), cloth. *Price* 28*s.*

ROTULI NORMANNIÆ IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 1200—1205; also, 1417 to 1418. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. royal 8vo. (1835), cloth. *Price* 12*s.* 6*d.*

ROTULI DE OBLATIS ET FINIBUS IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI, tempore Regis Johannis. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. royal 8vo. (1835), cloth. *Price* 18*s.*

EXCERPTA E ROTULIS FINIUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATIS. Henry III., 1216—1272. *Edited by* CHARLES ROBERTS, Esq. 2 vols. royal 8vo. (1835, 1836), cloth, *price* 32*s.*; or separately, Vol. 1, *price* 14*s.*; Vol. 2, *price* 18*s.*

FINES, SIVE PEDES FINIUM; SIVE FINALES CONCORDIÆ IN CURIÂ DOMINI REGIS. 7 Richard I.—16 John (1195—1214). *Edited by* the Rev. JOSEPH HUNTER. In Counties. 2 vols. royal 8vo. (1835—1844), cloth, *price* 11*s.*; or separately, Vol. 1, *price* 8*s.* 6*d.*; Vol. 2, *price* 2*s.* 6*d.*

ANCIENT KALENDARS AND INVENTORIES OF THE TREASURY OF HIS MAJESTY'S EXCHEQUER; together with Documents illustrating the History of that Repository. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 3 vols. royal 8vo. (1836), cloth. *Price* 42*s.*

DOCUMENTS AND RECORDS illustrating the History of Scotland, and the Transactions between the Crowns of Scotland and England; preserved in the Treasury of Her Majesty's Exchequer. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 1 vol. royal 8vo. (1837), cloth. *Price* 18*s.*

ROTULI CHARTARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 1199—1216. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. folio (1837), cloth. *Price* 30*s.*

REPORT OF THE PROCEEDINGS OF THE RECORD COMMISSIONERS, 1831 to 1837. 1 vol. folio, boards. *Price* 8*s.*

Registrum vulgariter nuncupatum "The Record of Caernarvon," e codice MS. Harleiano, 696, descriptum. *Edited by* Sir Henry Ellis. 1 vol. folio (1838), cloth. *Price* 31*s.* 6*d.*

Ancient Laws and Institutes of England; comprising Laws enacted under the Anglo-Saxon Kings, from Æthelbirht to Cnut, with an English Translation of the Saxon; the Laws called Edward the Confessor's; the Laws of William the Conqueror, and those ascribed to Henry the First; also, Monumenta Ecclesiastica Anglicana, from the 7th to the 10th century; and the Ancient Latin Version of the Anglo-Saxon Laws; with a compendious Glossary, &c. *Edited by* Benjamin Thorpe, Esq. 1 vol. folio (1840), cloth. *Price* 40*s.* Or, 2 vols. royal 8vo. cloth. *Price* 30*s.*

Ancient Laws and Institutes of Wales; comprising Laws supposed to be enacted by Howel the Good; modified by subsequent Regulations under the Native Princes, prior to the Conquest by Edward the First; and anomalous Laws, consisting principally of Institutions which, by the Statute of Ruddlan, were admitted to continue in force. With an English Translation of the Welsh Text. To which are added, a few Latin Transcripts, containing Digests of the Welsh Laws, principally of the Dimetian Code. With Indices and Glossary. *Edited by* Aneurin Owen, Esq. 1 vol. folio (1841), cloth. *Price* 44*s.* Or, 2 vols. royal 8vo. cloth. *Price* 36*s.*

Rotuli de Liberate ac de Misis et Præstitis, Regnante Johanne. *Edited by* Thomas Duffus Hardy, Esq. 1 vol. royal 8vo. (1844), cloth. *Price* 6*s.*

The Great Rolls of the Pipe for the Second, Third, and Fourth Years of the Reign of King Henry the Second, 1155—1158. *Edited by* the Rev. Joseph Hunter. 1 vol. royal 8vo. (1844), cloth. *Price* 4*s.* 6*d.*

The Great Roll of the Pipe for the First Year of the Reign of King Richard the First, 1189—1190. *Edited by* the Rev. Joseph Hunter. 1 vol. royal 8vo. (1844), cloth. *Price* 6*s.*

Documents Illustrative of English History in the 13th and 14th centuries, selected from the Records in the Exchequer. *Edited by* Henry Cole, Esq. 1 vol. fcp. folio (1844), cloth. *Price* 45*s.* 6*d.*

Modus Tenendi Parliamentum. An Ancient Treatise on the Mode of holding the Parliament in England. *Edited by* Thomas Duffus Hardy, Esq. 1 vol. 8vo. (1846), cloth. *Price* 2*s.* 6*d.*

Monumenta Historica Britannica, or, Materials for the History of Britain from the earliest period. Vol. 1, extending to the Norman Conquest. Prepared, and illustrated with Notes, by the late Henry Petrie, Esq., F.S.A., Keeper of the Records in the Tower of London, assisted by the Rev. John Sharpe, Rector of Castle Eaton, Wilts. Finally completed for publication, and with an Introduction, by Thomas Duffus Hardy, Esq., Assistant Keeper of Records. (Printed by command of Her Majesty.) Folio (1848). *Price* 42*s*.

Registrum Magni Sigilli Regum Scotorum in Archivis Publicis asservatum. 1306—1424. *Edited by* Thomas Thomson, Esq. Folio (1814). *Price* 15*s*.

The Acts of the Parliaments of Scotland. 11 vols. folio (1814—1844). Vol. I. *Edited by* Thomas Thomson and Cosmo Innes, Esqrs. *Price* 42*s*. Also, Vols. 4, 7, 8, 9, 10, 11 ; *price* 10*s*. 6*d*. each.

The Acts of the Lords Auditors of Causes and Complaints. 1466—1494. *Edited by* Thomas Thomson, Esq. Folio (1839). *Price* 10*s*. 6*d*.

The Acts of the Lords of Council in Civil Causes. 1478—1495. *Edited by* Thomas Thomson, Esq. Folio (1839). *Price* 10*s*. 6*d*.

Issue Roll of Thomas de Brantingham, Bishop of Exeter, Lord High Treasurer of England, containing Payments out of His Majesty's Revenue, 44 Edward III., 1370. *Edited by* Frederick Devon, Esq. 1 vol. 4to. (1835), cloth. *Price* 35*s*. Or, royal 8vo. cloth. *Price* 25*s*.

Issues of the Exchequer, containing similar matter to the above; James I.; extracted from the Pell Records. *Edited by* Frederick Devon, Esq. 1 vol. 4to. (1836), cloth. *Price* 30*s*. Or, royal 8vo. cloth. *Price* 21*s*.

Issues of the Exchequer, containing similar matter to the above ; Henry III.—Henry VI. ; extracted from the Pell Records. *Edited by* Frederick Devon, Esq. 1 vol. 4to. (1837), cloth. *Price* 40*s*. Or, royal 8vo. cloth. *Price* 30*s*.

Notes of Materials for the History of Public Departments. *By* F. S. Thomas, Esq., Secretary of the Public Record Office. Demy folio (1846), cloth. *Price* 10*s*.

Handbook to the Public Records. *By* F. S. Thomas, Esq. Royal 8vo. (1853), cloth. *Price* 12*s*.

State Papers, during the Reign of Henry the Eighth. 11 vols. 4to., cloth, (1830—1852), with Indices of Persons and Places. *Price* 5*l.* 15*s.* 6*d.* ; or separately, *price* 10*s.* 6*d.* each.

Vol. I.—Domestic Correspondence.
Vols. II. & III.—Correspondence relating to Ireland.
Vols. IV. & V.—Correspondence relating to Scotland.
Vols. VI. to XI.—Correspondence between England and Foreign Courts.

Historical Notes relative to the History of England ; from the Accession of Henry VIII. to the Death of Queen Anne (1509—1714). Designed as a Book of instant Reference for ascertaining the Dates of Events mentioned in History and Manuscripts. The Name of every Person and Event mentioned in History within the above period is placed in Alphabetical and Chronological Order, and the Authority whence taken is given in each case, whether from Printed History or from Manuscripts. *By* F. S. Thomas, Esq. 3 vols. 8vo. (1856), cloth. *Price* 40*s.*

In the Press.

Calendarium Genealogicum ; for the Reigns of Henry III. and Edward I. *Edited by* Charles Roberts, Esq.

CALENDARS OF STATE PAPERS.

[Imperial 8vo. *Price* 15*s.* each Volume or Part.]

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reigns of Edward VI., Mary, and Elizabeth, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Robert Lemon, Esq., F.S.A. 1856–1865.

Vol. I.—1547–1580.
Vol. II.—1581–1590.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of James I., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Mary Anne Everett Green. 1857–1859.

Vol. I.—1603–1610.
Vol. II.—1611–1618.
Vol. III.—1619–1623.
Vol. IV.—1623–1625, with Addenda.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Charles I., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* John Bruce, Esq., V.P.S.A. 1858–1865.

Vol. I.—1625–1626.
Vol. II.—1627–1628.
Vol. III.—1628–1629.
Vol. IV.—1629–1631.
Vol. V.—1631–1633.
Vol. VI.—1633–1634.
Vol. VII.—1634–1635.
Vol. VIII.—1635.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Charles II., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Mary Anne Everett Green. 1860–1864.

Vol. I.—1660–1661.
Vol. II.—1661–1662.
Vol. III.—1663–1664.
Vol. IV.—1664–1665.
Vol. V.—1665–1666.
Vol. VI.—1666–1667.

Calendar of State Papers relating to Scotland, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Markham John Thorpe, Esq., of St. Edmund Hall, Oxford. 1858.

Vol. I., the Scottish Series, of the Reigns of Henry VIII., Edward VI., Mary, and Elizabeth, 1509–1589.
Vol. II., the Scottish Series, of the Reign of Elizabeth, 1589–1603; an Appendix to the Scottish Series, 1543–1592; and the State Papers relating to Mary Queen of Scots during her Detention in England, 1568–1587.

Calendar of State Papers relating to Ireland, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Hans Claude Hamilton, Esq., F.S.A. 1860.

Vol. I.—1509–1573.

Calendar of State Papers, Colonial Series, preserved in Her Majesty's Public Record Office, and elsewhere. *Edited by* W. Noel Sainsbury, Esq. 1860–1862.

Vol. I.—America and West Indies, 1574–1660.
Vol. II.—East Indies, China, and Japan, 1513–1616.

Calendar of Letters and Papers, Foreign and Domestic, of the Reign of Henry VIII., preserved in Her Majesty's Public Record Office, the British Museum, &c. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College London. 1862–1864.

Vol. I.—1509–1514.
Vol. II. (in Two Parts)—1515–1518.

Calendar of State Papers, Foreign Series, of the Reign of Edward VI., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* W. B. Turnbull, Esq., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law, and Correspondant du Comité Impérial des Travaux Historiques et des Sociétés Savantes de France. 1861.

Calendar of State Papers, Foreign Series, of the Reign of Mary, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* W. B. Turnbull, Esq., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law, and Correspondant du Comité Impérial des Travaux Historiques et des Sociétés Savantes de France. 1861.

Calendar of State Papers, Foreign Series, of the Reign of Elizabeth, preserved in Her Majesty's Public Record Office, &c. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham. 1863–1865.

Vol. I.—1558–1559.
Vol. II.—1559–1560.

Calendar of Letters, Despatches, and State Papers relating to the Negotiations between England and Spain, preserved in the Archives at Simancas, and elsewhere. *Edited by* G. A. Bergenroth. 1862.

Vol. I.—Hen. VII.—1485–1509.

Calendar of State Papers and Manuscripts, relating to English Affairs, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* Rawdon Brown, Esq. 1864.

Vol. I.—1202–1509.

In the Press.

Calendar of State Papers relating to Ireland, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Hans Claude Hamilton, Esq., F.S.A. Vol. II.—1574–1585.

Calendar of Letters and Papers, Foreign and Domestic, of the Reign of Henry VIII., preserved in Her Majesty's Public Record Office, the British Museum, &c. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. Vol. III.—1519, &c.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Charles II., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Mary Anne Everett Green. Vol. VII.—1667–1668.

Calendar of State Papers and Manuscripts, relating to English Affairs, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* Rawdon Brown, Esq. Vol. II.—Henry VIII.

Calendar of State Papers, Foreign Series, of the Reign of Elizabeth. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham. Vol. III.—1560–1561.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Charles I., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* John Bruce, Esq., F.S.A. Vol. IX.—1636.

In Progress.

Calendar of Letters, Despatches, and State Papers relating to the Negotiations between England and Spain, preserved in the Archives at Simancas, and elsewhere. *Edited by* G. A. Bergenroth. Vol. II.—Henry VIII.

Calendar of State Papers, Colonial Series, preserved in Her Majesty's Public Record Office, and elsewhere. *Edited by* W. Noël Sainsbury, Esq. Vol. III.—East Indies, China, and Japan.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Elizabeth (continued), preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Robert Lemon, Esq., F.S.A. 1591, &c.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND DURING THE MIDDLE AGES.

[Royal 8vo. *Price* 10*s.* each Volume or Part.]

1. The Chronicle of England, by John Capgrave. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A., of Exeter College, Oxford. 1858.
2. Chronicon Monasterii de Abingdon. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham, and Vicar of Leighton Buzzard. 1858.
3. Lives of Edward the Confessor. I.—La Estoire de Seint Aedward le Rei. II.—Vita Beati Edvardi Regis et Confessoris. III.—Vita Æduuardi Regis qui apud Westmonasterium requiescit. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1858.
4. Monumenta Franciscana; scilicet, I.—Thomas de Eccleston de Adventu Fratrum Minorum in Angliam. II.—Adæ de Marisco Epistolæ. III.—Registrum Fratrum Minorum Londoniæ. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1858.
5. Fasciculi Zizaniorum Magistri Johannis Wyclif cum Tritico. Ascribed to Thomas Netter, of Walden, Provincial of the Carmelite Order in England, and Confessor to King Henry the Fifth. *Edited by* the Rev. W. W. Shirley, M.A., Tutor and late Fellow of Wadham College, Oxford. 1858.
6. The Buik of the Croniclis of Scotland; or, A Metrical Version of the History of Hector Boece; by William Stewart. Vols. I., II., and III. *Edited by* W. B. Turnbull, Esq., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law. 1858.
7. Johannis Capgrave Liber de Illustribus Henricis. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A., of Exeter College, Oxford. 1858.
8. Historia Monasterii S. Augustini Cantuariensis, by Thomas of Elmham, formerly Monk and Treasurer of that Foundation. *Edited by* Charles Hardwick, M.A., Fellow of St. Catharine's Hall, and Christian Advocate in the University of Cambridge. 1858.

9. Eulogium (Historiarum sive Temporis) : Chronicon ab Orbe condito usque ad Annum Domini 1366 ; a Monacho quodam Malmesbiriensi exaratum. Vols. I., II., and III. *Edited by* F. S. Haydon, Esq., B.A. 1858–1863.

10. Memorials of Henry the Seventh : Bernardi Andreæ Tholosatis Vita Regis Henrici Septimi ; necnon alia quædam ad eundem Regem spectantia. *Edited by* James Gairdner, Esq. 1858.

11. Memorials of Henry the Fifth. I.—Vita Henrici Quinti, Roberto Redmanno auctore. II.—Versus Rhythmici in laudem Regis Henrici Quinti. III.—Elmhami Liber Metricus de Henrico V. *Edited by* C. A. Cole, Esq. 1858.

12. Munimenta Gildhallæ Londoniensis ; Liber Albus, Liber Custumarum, et Liber Horn, in archivis Gildhallæ asservati. Vol. I., Liber Albus. Vol. II. (in Two Parts), Liber Custumarum. Vol. III., Translation of the Anglo-Norman Passages in Liber Albus, Glossaries, Appendices, and Index. *Edited by* Henry Thomas Riley, Esq., M.A., Barrister-at-Law. 1859–1860.

13. Chronica Johannis de Oxenedes. *Edited by* Sir Henry Ellis, K.H. 1859.

14. A Collection of Political Poems and Songs relating to English History, from the Accession of Edward III. to the Reign of Henry VIII. Vols. I. and II. *Edited by* Thomas Wright, Esq., M.A. 1859–1861.

15. The "Opus Tertium," "Opus Minus," &c., of Roger Bacon. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1859.

16. Bartholomæi de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana. 449–1298. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1859.

17. Brut y Tywysogion ; or, The Chronicle of the Princes of Wales. *Edited by* the Rev. J. Williams ab Ithel. 1860.

18. A Collection of Royal and Historical Letters during the Reign of Henry IV. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A., of Exeter College, Oxford. 1860.

19. The Repressor of over much Blaming of the Clergy. By Reginald Pecock, sometime Bishop of Chichester. Vols. I. and II. *Edited by* Churchill Babington, B.D., Fellow of St. John's College, Cambridge. 1860.

20. Annales Cambriæ. *Edited by* the Rev. J. Williams ab Ithel. 1860.

21. The Works of Giraldus Cambrensis. Vols. I., II., and III. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1861–1863.

22. Letters and Papers illustrative of the Wars of the English in France during the Reign of Henry the Sixth, King of England. Vol. I., and Vol. II. (in Two Parts). *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham, and Vicar of Leighton Buzzard. 1861–1864.

23. The Anglo-Saxon Chronicle, according to the several Original Authorities. Vol. I., Original Texts. Vol. II., Translation. *Edited and translated by* Benjamin Thorpe, Esq., Member of the Royal Academy of Sciences at Munich, and of the Society of Netherlandish Literature at Leyden. 1861.

24. Letters and Papers illustrative of the Reigns of Richard III. and Henry VII. Vols. I. and II. *Edited by* James Gairdner, Esq. 1861–1863.

25. Letters of Bishop Grosseteste, illustrative of the Social Condition of his Time. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1861.

26. Descriptive Catalogue of Manuscripts relating to the History of Great Britain and Ireland. Vol. I. (in Two Parts) ; Anterior to the Norman Invasion. *By* Thomas Duffus Hardy, Esq., Deputy Keeper of the Public Records. 1862.

27. Royal and other Historical Letters illustrative of the Reign of Henry III. From the Originals in the Public Record Office. Vol. I., 1216–1235. *Selected and edited by* the Rev. W. W. Shirley, Tutor and late Fellow of Wadham College, Oxford. 1862.

28. Chronica Monasterii S. Albani. — 1. Thomæ Walsingham Historia Anglicana ; Vol. I., 1272–1381 : Vol. II., 1381–1422. 2. Willelmi Rishanger Chronica et Annales, 1259–1307. *Edited by* Henry Thomas Riley, Esq., M.A., of Corpus Christi College, Cambridge, and of the Inner Temple, Barrister-at-Law. 1863–1865.

29. Chronicon Abbatiæ Eveshamensis, Auctoribus Dominico Priore Eveshamiæ et Thoma de Marleberge Abbate, a Fundatione ad Annum 1213, una cum Continuatione ad Annum 1418. *Edited by* the Rev. W. D. Macray, M.A., Bodleian Library, Oxford. 1863.

30. Ricardi de Cirencestria Speculum Historiale de Gestis Regum Angliæ. Vol. I., 447–871. *Edited by* John E. B. Mayor, M.A., Fellow and Assistant Tutor of St. John's College, Cambridge. 1863.

31. Year Books of the Reign of Edward the First. Years 30–31, and 32–33. *Edited and translated by* Alfred John Horwood, Esq., of the Middle Temple, Barrister-at-Law. 1863–1864.

32. Narratives of the Expulsion of the English from Normandy, 1449-1450.—Robertus Blondelli de Reductione Normanniæ: Le Recouvrement de Normendie, par Berry, Herault du Roy: Conferences between the Ambassadors of France and England. *Edited, from MSS. in the Imperial Library at Paris, by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham. 1863.

33. Historia et Cartularium Monasterii S. Petri Gloucestriæ. Vols. I. and II. *Edited by* W. H. Hart, Esq., F.S.A. ; Membre correspondant de la Société des Antiquaires de Normandie. 1863–1865.

34. Alexandri Neckam de Naturis Rerum libri duo ; with Neckam's Poem, De Laudibus Divinæ Sapientiæ. *Edited by* Thomas Wright, Esq., M.A. 1863.

35. Leechdoms, Wortcunning, and Starcraft of Early England ; being a Collection of Documents illustrating the History of Science in this Country before the Norman Conquest. Vols. I. and II. *Collected and edited by* the Rev. T. Oswald Cockayne, M.A., of St. John's College, Cambridge. 1864–1865.

36. Annales Monastici. Vol. I. :—Annales de Margan, 1066–1232 ; Annales de Theokesberia,1066–1263 ; Annales de Burton, 1004–1263. Vol. II. :—Annales Monasterii de Wintonia, 519–1277 ; Annales Monasterii de Waverleia, 1–1291. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, and Registrary of the University, Cambridge. 1864–1865.

37. Magna Vita S. Hugonis Episcopi Lincolniensis. From Manuscripts in the Bodleian Library, Oxford, and the Imperial Library, Paris. *Edited by* the Rev. James F. Dimock, M.A., Rector of Barnburgh, Yorkshire. 1864.

38. Chronicles and Memorials of the Reign of Richard the First. Vol. I. Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi. *Edited by* William Stubbs, M.A., Vicar of Navestock, Essex, and Lambeth Librarian. 1864.

39. Recueil des Croniques et anchiennes Istories de la Grant Bretaigne a present nomme Engleterre, par Jehan de Waurin. From Albina to 688. *Edited by* William Hardy, Esq., F.S.A. 1864.

40. A Collection of the Chronicles and ancient Histories of Great Britain, now called England, by John de Wavrin. From Albina to 688. (Translation of the preceding.) *Edited and translated by* William Hardy, Esq., F.S.A. 1864.

41. Polychronicon Ranulphi Higden, with Trevisa's Translation. Vol. I. *Edited by* Churchill Babington, B.D., Senior Fellow of St. John's College, Cambridge. 1865.

In the Press.

Le Livere de Reis de Brittanie. *Edited by* J. Glover, M.A., Vicar of Brading, Isle of Wight.

The Wars of the Danes in Ireland: written in the Irish language. *Edited by* the Rev. J. H. Todd, D.D., Librarian of the University of Dublin.

A Collection of Sagas and other Historical Documents relating to the Settlements and Descents of the Northmen on the British Isles. *Edited by* George W. Dasent, Esq., D.C.L. Oxon.

Official Correspondence of Thomas Bekynton, Secretary to Henry VI., with other Letters and Documents. *Edited by* the Rev. George Williams, B.D., Senior Fellow of King's College, Cambridge.

Royal and other Historical Letters illustrative of the Reign of Henry III. From the Originals in the Public Record Office. Vol. II. *Selected and edited by* the Rev. W. W. Shirley, D.D., Regius Professor in Ecclesiastical History, and Canon of Christ Church, Oxford.

Original Documents illustrative of Academical and Clerical Life and Studies at Oxford between the Reigns of Henry III. and Henry VII. *Edited by* the Rev. Henry Anstey, M.A.

Roll of the Privy Council of Ireland, 16 Richard II. *Edited by* the Rev. James Graves, A.B., Treasurer of St. Canice, Ireland.

Ricardi de Cirencestria Speculum Historiale de Gestis Regum Angliæ. Vol. II., 872–1066. *Edited by* John E. B. Mayor, M.A., Fellow and Assistant Tutor of St. John's College, and Librarian of the University, Cambridge.

The Works of Giraldus Cambrensis. Vol. IV. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London.

Historia Minor Matthæi Paris. *Edited by* Sir Frederick Madden, K.H., Keeper of the Department of Manuscripts, British Museum.

Chronicon Radulphi Abbatis Coggeshalensis Majus; and, Chronicon Terræ Sanctæ et de Captis a Saladino Hierosolymis. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham.

Chronicles and Memorials of the Reign of Richard the First. Vol. II. *Edited by* William Stubbs, M.A., Vicar of Navestock, Essex, and Lambeth Librarian.

Year Books of the Reign of Edward the First. 20th, 21st, and 22nd Years. *Edited and translated by* Alfred John Horwood, Esq., of the Middle Temple, Barrister-at-Law.

Recueil des Croniques et anchiennes Istories de la Grant Bretaigne a present nomme Engleterre, par Jehan de Waurin (continued). *Edited by* William Hardy, Esq., F.S.A.

Chronica Monasterii de Melsa, ab Anno 1150 usque ad Annum 1400. *Edited by* Edward Augustus Bond, Esq., Assistant Keeper of the Department of Manuscripts, and Egerton Librarian, British Museum.

Polychronicon Ranulphi Higden, with Trevisa's Translation. Vol. II. *Edited by* Churchill Babington, B.D., Senior Fellow of St. John's College, Cambridge.

Iter Britanniarum: the Portion of the Antonine Itinerary of the Roman Empire relating to Great Britain. *Edited by* William Henry Black, Esq., F.S.A.

Annales Monastici. Vol. III. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, and Registrary of the University, Cambridge.

Chronica Monasterii S. Albani. — 3. Johannis de Trokelowe Chronica et Annales. *Edited by* Henry Thomas Riley, Esq., M.A., of Corpus Christi College, Cambridge, and of the Inner Temple, Barrister-at-Law.

Historia et Cartularium Monasterii S. Petri Gloucestriæ. Vol. III. *Edited by* W. H. Hart, Esq., F.S.A.; Membre correspondant de la Société des Antiquaires de Normandie.

Descriptive Catalogue of Manuscripts relating to the History of Great Britain and Ireland. Vol. II. 1066–1200. *By* Thomas Duffus Hardy, Esq., Deputy Keeper of the Public Records.

In Progress.

Documents relating to England and Scotland, from the Northern Registers. *Edited by* the Rev. James Raine, M.A., of Durham University.

Willelmi Malmesbiriensis de Gestis Pontificum Anglorum, Libri V. *Edited, from William of Malmesbury's Autograph MS., by* N. E. S. A. Hamilton, Esq., of the Department of Manuscripts, British Museum.

Chronique de Pierre de Langtoft. *Edited by* Thomas Wright, Esq., M.A.

Chronicle of Robert of Brunne. *Edited by* Frederick James Furnivall, Esq., M.A., of Trinity Hall, Cambridge, Barrister-at-Law.

Liber de Hyda: a Chronicle and Chartulary of Hyde Abbey, Winchester. *Edited, from a Manuscript in the Library of the Earl of Macclesfield, by* Edward Edwards, Esq.

Chronicle attributed to Benedict, Abbot of Peterborough. *Edited by* William Stubbs, M.A., Vicar of Navestock, Essex, and Lambeth Librarian.

Chronicon Scotorum: a Chronicle of Irish Affairs, from the Earliest Times to 1135. *Edited and translated by* W. Maunsell Hennessy, Esq., M.R.I.A.

Leechdoms, Wortcunning, and Starcraft of Early England; being a Collection of Documents illustrating the History of Science in this Country before the Norman Conquest. Vol. III. *Collected and edited by* the Rev. T. Oswald Cockayne, M.A., of St. John's College, Cambridge.

May 1865.